





*Handwritten scribble*

Tom. 21.

25.

26

*Handwritten scribble*

*Handwritten scribble*



113,  
L. o. ~~113~~ 3.





15. 2  
171  
102

IN

PO

VICESIM

10


10

10

10









4  
MERCURII GALLO-BELGICI  
M. GOTHARDO ARTHUSIO Suc-  
CENTURIATI,

*Sive*

RERVM IN  
GALLIA ET BELGIO PO-  
TISSIMUM, HISPANIA QUOQUE,  
ITALIA, ANGLIA, GERMANIA, UNGARIA,  
Silesia, vicinisq; locis, à nundinis Francofurtensibus autumna-  
libus anni 1644. usque ad vernaes anni 1645.  
potissimum gestarum,

HISTORICÆ NARRATIONIS  
*continuata,*

TOMI VIGESIMI QUINTI  
LIBER SECUNDUS,

*Auctore*

JOANNE GEORGIO SCHLEDERO, Ratisponensi  
*Cum S. Cas. Majest. Privilegio Speciali.*



FRANCOFURTI,

*Sumptibus & typis Hæredum Sigismundi Latomi, Anno 1646.*



MERCURII GALLOPOLLICIS  
M. GOTTFRIDUS ARTHURUS  
CENTURIA

REVRVM IN  
GALLIA ET BELGICIS  
PRTISSIMUM, HISPANIA QVOD  
LITVANIA, GERMANIA, LITHVANIA  
SIBIRIA, INDIA, AFRICA, ET  
ALIA REGNA, ET CIVITATES  
MAGNARVM ET MINORVM

HYSTORIA  
TOMI VIGESIMI QVINTI  
LIBER SECVNDVS

IOHANNES GEORGIO SCHNEIDERO, LIBRARIO  
CENS. S. SAC. PALATII, PRAEFATO



FRANCOFVRTI  
IN AEDIBVS IAN. NEUBERGERI

M  
B  
E  
ni  
I  
br  
Fl  
SA  
qu  
Reg  
co  
levis  
rum







MERCVRII GALLO-  
BELGICI M. GOTHAR-  
DO ARTHUSIO SUC-  
CENTURIATI,

TOMI XXV. LIBER II.

EORUM, QUÆ à NUNDI-  
*nis Francofurtensibus autumnalibus annè  
1644. usq; ad vernaes anni 1645. memo-  
ratu digna passim acciderunt,  
narrationem conti-  
nens.*

Septemb  
Anno

1644.



Transgredimur ad secundum  
Tomi hujus librum, in cujus  
primo, paginâ 122. licet di-  
ctum sit relatumque, qua ra-  
tione, die mensis Septem-  
bris sexto, celeberrimum illud universæ  
Flandriæ propugnaculum, cui nomen est  
SASSUM GANDAVENSE, & in quo, illis  
quidem in partibus, omnis Hispaniarum  
Regi cardo vertitur, victas Principi Auria-  
co manus obtenderit; attamen cum non  
levis momenti res sit, in ejusmodi loco-  
rum expugnationibus, factæ deditiois

*Transactio,  
in qua, duo-  
decim pro-  
batis u-  
trimq; con-  
ditionibus,  
celeberrimè  
illud Flan-  
driæ propu-  
gnaculum,  
SASSVM  
GANDA-  
VENSE  
Hollandis  
deditur.*

A 2 modum





Septemb  
Anno  
1644.

modum & rationem scire, ex ea causa operæ pretium me facturum putavi, si conscriptam atq; probatam hinc inde transactionem, qua dictum Munimentum Hollandis deditum est, subjungerem, atque ita futuræ narrationis telam paulatim ordiret.

Sunt itaque transactionis hujus articuli sive conditiones potissimum duodecim, sequentes:

I. *Munimenti Præfectus, Dominus de Parada, quicumq; ejus Officiarii, ut & universum commilitium, nec non transfuga etiam, absq; ullo impedimento & remora, cum integra armatura, impedimentis, sarcinis, tympanis sonantibus, vexillis expansis, atq; cum funiculis utrinq; accensis, & prout in ejusmodi occasionibus fieri assolet, dimittuntor.*

II. *Liberum esto dicto Domino Præfecto, duas semi-colubrinas machinas, quas vulgus Germanorum halbe Carthauen appellat, secum devehit, nec non tantum commeatus tormentarii, quantum tribus cuiuslibet excussionibus sufficit. Adhuc sufficientes equi, quibus cum dictæ machine devehantur, nec non naues, quotquot erunt necessariae, una cum salvo presidio, pro transportandis militibus & sanctiatis & infirmatis, Gandavum usq; conceduntor.*

III. *Nemo Sassi incolarum, quantumvis*

otiano



etiam durante hac obsidione, loco huic incom- Septemb  
modatum fuerit, in accepti damni reparatio- Anno  
nem ab Exercitus Praefectis officiariisve quid- 1644.  
quam petito.

IV. Quod si unus aut alter militum hoc in  
loco mobilia bona habeat, integrum ipsis esto,  
eadem intra unius anni spacium aut alienare  
aut ad alios transportare ac vendere.

V. Idem civibus etiam permissum esto.

VI. Quibuscunq; animus est hic perma-  
nendi, manento, nec non conscientiae libertas o-  
mnibus ex equo salva relinquitur.

VII. Captivi ex utraq; parte liberi, & si-  
ne ulla lytri exsolutione dimittuntur.

VIII. Quaecunq; machine, & tormen-  
tarius commeatus, annona item & alia provi-  
siones, in quantum ad Hispaniarum Regem  
pertinent, quocunq; etiam nomine veniant,  
remota omni fraude, illis personis, quibus hanc  
provinciam Princeps impositurus fuerit, tra-  
duntur.

IX. Quicquid, stante hac obsidione, unus  
& alter acquisivit, suum esto.

X. Quantum ad navium, quibus sauciati  
infirmatique milites Gandavum usq; trans-  
portandi erunt, restitutionis certitudinem spe-  
ctat, obsides duo hic in castris relinquuntur,  
donec dictarum navium restitutio facta fue-  
rit.



Septemb  
Anno  
1644.

XI. Adhuc sepius memoratus Dominus Gubernator, ceteriq<sup>3</sup> Officiales, unà cum Sasso fortalitiu quoque à Divo Antonio denominatum, adiunctasque munitiõns, tradunt.

XII. Quibus omnibus ritè peractis, postri- die demùm, sexto scilicet Septembris, loci Præ- fectus, Officiarii quicunque & milites præsi- diarii, ex munimento discedunt, qua causa hoc ipso adhuc vespere valla & portæ Principis militibus communiendæ relinquerentur. Ac- tum ita & transactum in Castris ante Sas- sum Gandavense, die Septembris quinto, An- no, post natum Christum, super millesimum sexcentessimum, quadragesimo quarto.

Dicto itaque die, hora circiter septima antemeridiana, Hispanorum præsidium ex oppido seu munimento Gandavensi, discessit, in quo discessu primùm conspi- ciebantur duæ Semi-Colubrinæ machinæ, quarum unam novendecim, alteram verò viginti & unus equi, trahebant, unà cum incendiaria quadam Catapulta. His sub- vehebantur trecenti aut circiter currus & plaustra, sarcinis, impedimentis, infirmatis vulneratisque militibus, fœminis item & liberis onusta. His proximus erat muni- menti Officiarius, quem vulgò Maiorem appellant, cum 19. scloppetariorum ordi- nibus, in quorum singulis singuli quini nu- mera-



merabantur milites. Post hos sequebantur Septemb  
Præfectus fortalio Antoniano, cui nomen Anno  
erat Hufnagelius, unà cum presbytero di- 1644.  
cti loci, quorum vestigia quinque hastato-  
rum ordines legebant, succedentibus ponè  
octodecim Musquetariorum seriebus. De-  
nuo undecim Officiarii, quos vulgo Gal-  
lorum Sergeants appellat, & Burgundia-  
corum militum signa decem. His adde ali-  
quot alios Musquetariorum ordines, tres  
item ordinum Ductores, cum quodam Sa-  
cerdote, mox iterùm viginti tres scloppe-  
tariorum ordines. Ulterius subsequabatur  
Comes Megensis, qui multis cum cære-  
moniis Principem Auriacum, & Domi-  
num Brederodium, valere iubebat. Nume-  
rabantur denuò bombardiferorum mili-  
tum ordines sedecim, hastatorum quin-  
que sub totidem vexillis, & tandem Do-  
minus Præfectus, Andreas de Parada, qui  
novissimis discedentium agminibus præe-  
rat, vir cæteroquin provectæ ætatis. Sede-  
bat verò in pensili quodam curru, cui sei-  
ges iuncti erant, inter quem & Principem  
Auriacum, cæterosque gravis authoritatis  
viros, multas variasque videre erat cere-  
monias, dum vale se inter ultimum dice-  
rent.

Hic itaque maximi momenti locus, cui



Septemb  
Anno  
1644.

senescente iam Quintili obsidio facta fuerat, die denique Septembris septimo vi militari fractus, atque ita virtute Principis Auriaci in Confœderati Belgii Ordinum obsequium redactus est. Non verò Salsam solummodò, sed & nobile illud Divi Antonii fortalitium victas dedit manus, cæteræque vicinæ munitiones aliæ. In propugnaculo San-Antoniano reperræ sunt machinæ fulminales tres metallicæ, totidemque ferreæ; Salsum verò, munimentum principale, viginti habebat, quarum nonnullæ per continuas effulminationes fere inutiles factæ fuerant. Præsidium suprâ dictum & ex munimento discedens, ex non-gentis circiter militibus constabat, numerus autem, quâ infirmorum quâ sauciatorum, ad sexcentos excurrit, quod universum commilitium, ante intentatam obsidionem, his mille quadringentorum armatorum robore valuerat. Prætoriana Gleseri legio prima erat, quæ in munimentum intraverat, quò etiam undécimo huius mensis die, circa quintam fere pomeridianam, Princeps Auriacus venit, insigni procerum Aulicorum comitatu stipatus, nimirum ut locum inspiceret lustraretque, qui relictis, adversæ valetudinis gratia, in certa quadam æde sacra militibus, admodum



dum se liberalem exhibuisse, diversosque Septemb  
constituisse Chirurgoſ dicitur, qui agro- Anno  
rum rationem ac curam in se ſuſciperent. 1644.

Quod Præſidium concernit, Saſſum *Præſidia*  
quidem ſedecim cohortum militibus, For- *Saſſo im-*  
talitium Divi Antonii binis cohortibus, at *miſſa.*  
Divi Stephani Munitio unica ſaltem com-  
munita ſunt, quorum omnium inſpectio-  
nem Domino Tribuno Thomæ Ferentio  
demandatam fuiſſe intelligimus. Ne verò  
ingratus erga Deum videri Princeps poſſet,  
publicæ gratitudinis nomine ſolennes fe-  
ſtivasque apud univerſum exercitum quæ  
tormentorum qua bombardarum diſplo-  
ſiones inſtituit, quæ etiam undecimo hujus  
triumphabundè reſonère.

In quantum porro Capitulationem ſu- *Articuli,*  
per ditione celeberrimi illius ad Rhe- *ſecundum*  
num munitenti, cui alias Philippi Ca- *quorum te-*  
ſtrum nomen eſt, facta; attinet, cuius loci *norem Phi-*  
obſidionis initium & finem præcedenti li- *lippi ad*  
bro, paginis quidem 127. 128. 129 & 130. *Rhenum*  
ſubiſ descriptimus, tenor ejus in ſubſe- *Caſtrum*  
quentibus conſiſtit: *Gallis dedi-*  
*tum eſt mē-*  
*ſe Septēbri,*  
*Anno 1644.*

Postquam ſub felici conductu, & ſum-  
mo imperio, Regiæ Majeſtatis, Chriſtianif-  
ſimi nimirum Galliarum Regis, designati  
Generalis, Sereniſſimi Ceſſiſſimi Principis  
ac Domini, Domini Ludovici, Principis

A S

Bour-



Septemb  
Anno  
1644.

Bourbonii, ex Regio stemmate prognati, Ducis Anguinii, &c. Cæsareum illud fortalium, Philippi Castrum, arctissima inclusum obsidione fuisset, quapropter injecta tandem defensorib. ejus deditiois necessitate, inter prædicti modò Ducis Serenitatem, nec non memorati Castri Commendatorem, prænobilem ac strenuum Dominum Casparem Bambergerum à Kavenberg, &c. de ejusmodi Articulis convenit, quorum tenor ita habet:

*I. Dominus Tribunus Bambergerus, Castriq; Philippi Propugnator ac Defensor, nec non quicumque eius tam supremi Inferiores Officiarij, gregarium item & equestre & pedestre commilitium, cum vexillis expansis, sonantibus quoque tympanis & tubis, armatura qua superiore qua inferiore, globulis in os ingestis, machinulis equestribus erectis, atque ad feriendum expeditis, nec non cum funiculis ex utraque parte accensis, sufficientiq; com meatu tormentario, & denique unà cum Cæsareo rei annonariae Praefecto, Philippo Plotio, omnibus præterea sarcinis, impedimentis, curribus, carris, plaustris, rhedis, carpentis, & sub quo etiam nomine eiusmodi res appellari consueverunt, ad oppidum Hailbronnā usque, quod si autem dicta urbs iam nūc obsessa esset, ulterius ad vicina alia presidis Cæsareis communita*



nita loca, salvi deducerentur. Integrum quo- Septemb  
 que dicto Domino Commendatori esset, vigore Anno  
 primi huius articuli, armamentarium, quosli- 1644.  
 bet machinatores, ignium artificialium pyro-  
 bolarumve confectores, incendiariarum ca-  
 tapultarum inventores, operarios item & sin-  
 gulas ad rem tormentariam pertinentes perso-  
 nas deducere, nec non duas graviores machi-  
 nas, utpote falcones, quas vulgò vocant, cum  
 totidem pulveris tormentarii cadis & perti-  
 nentibus globis devehere: sanciatì verò, qui in-  
 firmitatis causa cum reliquis exire nequibunt,  
 donec pristinae restituti fuerint sanitati, salvi  
 com meatu schedulis instruerentur tandemq;  
 dimitterentur.

II. Vt infirmati vulneratique, nec non i-  
 psorummet & defunctorum sarcina, uxores,  
 liberi ac universum famulitium, commodius  
 transportari queant, non solum triginta cur-  
 rus, sed & quotquot sufficient, equi concede-  
 rentur, qui tamen nec intra nec extra muni-  
 mentum, uti nec in via à quibusvis, sive illi  
 sub Corona Gallie aut Sueciae stipendia me-  
 reant, militibus impedirentur aut molestaren-  
 tur, verum ubi vis locorum securi progrede-  
 rentur.

III. Similiter, quibuslibet Austriacis, &  
 Marchionalibus tabellariis, item Spirensibus  
 respectivè Canonicis, Consiliariis, Presbyteris,  
 & Mi-



Septemb  
Anno  
1644.

& Ministris, quotquot etiam ad Prusselensem  
diocesim spectant, qui ab aliquot hinc tempore  
in hoc munimento commorati sunt, & salutis  
causa in illud confugerunt, unà cum suis respe-  
ctivè uxoribus & liberis, nec non omnibus suis  
Dominorumq; huc comportatis rebus, curri-  
bus, pecore & equis, sub quo illa etiam omnia  
nomine appellari possunt, sine lytri numeratio-  
ne & depraedatione aut ad suos, aut quo ver-  
sus etiam ipsis placuerit, sive iam cum hac le-  
gione, sive intra spatium unius trimestris, sal-  
vus discessus indulgeretur, nullo autem modo  
impedirètur, quin potius ut vel hoc ipso in mu-  
nimento, aut vicinis ei urbibus & pagis com-  
modè degere possint, satvi conductus litteris &  
commeatus schedulis instruerentur, atq; haud  
invitè concederentur.

IV. Catholica Religio tam in munimen-  
to, quàm extra apud accolas libera esset, eius-  
demque exercitium publicè permitteretur: ad-  
hac cives & incole, in primis autem & ante o-  
mnia Arx cum Spirensi Cancellaria, Archi-  
vis, privilegiis, Immunitatibus, & quaecunque  
ad illam pertinent, aut quo vis illa nomine dici  
queunt, iuraq; ac dignitates habent, absque di-  
reptione & lytri extorsione, in priscis suis liber-  
tatibus conservarentur, nec in minimis contra  
receptum à multis hinc annis morem grava-  
rentur.

V. Quic-



V. Quicquid unus aut alter belli jure Septemb  
 acquisivit, illud omne, quoquo etiam nomi- Anno  
 ne veniat, acquirentis esset, nec ab ipso quoquo 1644.  
 modo repeteretur.

VI. Nemo discedentium neque officiariorum  
 neque militum inter discedendum deti-  
 neretur, multò autem minus, ut ad alterius  
 partis signa transeat, cogeretur, quin potius,  
 quòd si unus aut alter in munimento se abditu-  
 rus, aut in adversa partis commilitium trans-  
 fugiturus esset, ejusmodi quæreretur, & nul-  
 la prætexus habita ratione, tolleretur abduce-  
 returq; , ita ut nemo ex adversa partis affectis  
 hoc vindicare temerè præsumat.

VII. Si quisquam miles est, sive equo sive  
 pede stipendia ille mereat, qui aut à Gallorum,  
 Suecorum, aliorumve exercituum partibus,  
 sive jam aut olim, transfuga defecit, & hodiè  
 adhuc sive sub pedestri legione, vel sub Pissin-  
 geriana cohorte equestri militat, ejusmodi &  
 tales, prout reliqui presentes, sine ulla remora  
 ac contradictione dimitterentur, nemo verò ex  
 ordinibus raptare eos attentaret.

VIII. Quicumque ex utraque parte capti-  
 vi, & in primis quidem illorum locorum, quæ  
 ad Domini Bambergeri inspectionem perti-  
 nent, quotquot eorum in Gallorum castris jam  
 sunt, utpote primarius ille est reformatus vigi-  
 lum Præfectus, Henricus Faillardus de Be-  
 champo.



Septemb  
Anno  
1644.

champ, nec non gregarij milites, qui Lichtena-  
viam, & Ordinum Ductor, qui Brussellas de-  
fendit, ante discessum adhuc in libertatem as-  
sererentur, econtra verò illi etiam, qui ex hac  
parte in munimento sunt, sine damno & inju-  
ria restituerentur.

IX. Non minus utrique etiam Capitanei,  
qui salutis causa in munimentum hoc conces-  
serunt, nimirum Gerhardus de Porta, & Ey-  
serus, eò quod immobilia hisce in partibus, &  
quidem in diocesi Spirensi, Marchionatuque  
Durlacensi, bona habere dicuntur, salvi ad  
suos suaque dimitterentur, nec de ipsis, aut de  
quibusvis aliis munimenti hujus civibus acco-  
lisque, propterea quòd ad defensionem adacti  
fuerunt, sive jam sive in futurum, vindicta su-  
meretur, aut illis quoquam modo incommoda-  
retur.

X. Porro quorumlibet Iudeorum, sive illi  
huc confugerint, sive sub Spirensis Episcopatus  
protectione, aut loci hujus incole fuerint, uxo-  
rum non minus quam liberorum, eorundemq;  
bonorum, ratio haberetur, eisq; parceretur, de  
rebus & bonis eorum nihil auferretur, quin  
potius protectione, pro ut olim, ita & in poste-  
rum, tranquille fruerentur.

XI. Domino Commendatori, singulis e-  
jus Officiariis, nec non universis & equestris  
& pedestris militiae asseclis, cæterisq; hac in ca-  
pitula-



pitulatione nominatis, integrum quatrimum, Septemb  
 & quidem ab hora discessus, concederetur, quò Anno  
 via recta Heilbronnā digrediantur; & ut 1644.  
 commodius hoc faciant, sufficiens ipsis com-  
 meatus ac pabulum, uti & commoda per no-  
 etem hospitaciones, procurarentur, nequā-  
 quam autem ut longius duobus miliaribus u-  
 na die progrediantur, cogerentur. Quod si etiā  
 unum aut alterum contra hac pacta peccare  
 contingat, de hoc nec Dominus Tribunus  
 Bambergerus, nec alij cum ipso digressi, verū  
 solummodò violatores ac transgressores respon-  
 dere tenerentur. In quorum omnium maiore  
 certitudinem, ab utraque parte obsides daren-  
 tur, dictaq; Capitulatio hinc inde, & quidem  
 Cesarea Majestatis nomine per Dominum  
 Tribunum Bambergerum, Regis Francie loco  
 autem per Dominum Ducem Anguinium,  
 manuum propriarum subscriptionibus, sigillo-  
 rumq; appressionibus confirmaretur, validaq;  
 efficeretur.

Denique verò hoc ipso adhuc vespere alte-  
 ram Munimenti portam, quæ est ad Turrim  
 rubram, unā cum ponti objecta munitione, nec  
 tamen ulterius, quā ad interiorem dicta tur-  
 ri vicinam cancellatamq; seu clathratam por-  
 tam, quæ occlusa teneri potest, cras mane au-  
 tem decimo Septembris, inter discedendam,  
 propugnaculum unum & Fossepream occupa-



Septemb  
Anno  
1644.

re Gallis liceret, jamque integrum esset, certos  
admittere rei tormentaria annonariaq; Com-  
missarios, qui de rebus suum ad officium spe-  
ctantibus certum catalogum conscribant. A-  
ctum in Castris ad Philippi Castrum, nono Se-  
ptembris Anno 1644.

(L.S.)

Louis de Bourbon

Moguntia  
de deditio-  
ne cum Gallis  
transigit,  
novosq; ho-  
spites in ur-  
bem ad-  
mittit.

Quâ ratione, post expugnata ferè sine  
negotio, in utraque Rheni parte, diversa  
oppida, Galli ad Moguntinenses accessum  
quoque fecerint, illorumque urbem, quæ  
est Electoris sedes & aula, dedi sibi petie-  
rint, de hoc in superiori libro, pagina qui-  
dem supra centesimam trigesima secunda,  
non nihil retulisse me memini, Lector.

Posteaquam igitur die mensis nostri de-  
cimo sexto inter memoratam civitatem  
Moguntinam, (ex qua, paucis diebus antè,  
Eminentissimus Dominus Archi-Episco-  
pus Elector, prono Rheni flumine ad Her-  
manni Saxum, quod vulgo Hermanste-  
nium appellant, navibus descenderat: ) &  
Ducem Anguinum, de deditioe conve-  
nit, sequente mox die præsidium Electora-  
le cum sarcinis & impedimentis, duabus i-  
tem machinis ex urbe discessit, navibusque  
septem per Rhenum de vectum Confluen-  
tium venit, cum interea Moguntia, sub

noVO



novo Directore, Domino Comite Curva-Septemb  
lio, acerrimo nuper Freiburgi Brisgoiæ de- Anno  
fensore, quingentorum militum mediam 1644.  
partem Germanorum præsidium immit-  
teretur, quo facto, Dux Anguinius loci si-  
tum, hortique arcis circumferentiam con-  
templando vidit, decimo autem octavo i-  
dem, cum Domino Marefcallo Turenno,  
pluribusque aliis Martis Gallicani affeclis  
proceribus, in arce prandium sumpfit, le-  
gionibus interim per adversi fluminis Rhe-  
ni ripam ascendere iussis.

Sunt autem *Conditiones*, in quibus *Conditiones*  
transactio cum Moguntinensibus inita *super dedi-*  
consistit, hæ sequentes: *tione con-*

*scripta.*  
Omnis tam Ecclesiasticarum quam Poli-  
ticarum rerum Administratio summa Dicece-  
sis Moguntia Dominis Assessoribus salva &  
imperturbata relinqueretur, nec propterea iis  
quaqua ratione, sive illud fuerit in electione a-  
lius cujusdam Archi-Episcopi, Canonici aut  
Præsulis, sive in quibusvis aliis Ecclesiasticis  
dignitatibus, ubi electio opus fuerit, mora af-  
ferretur.

Administratio sive Iurisdictio Magistra-  
tus quæ Ecclesiastici quæ Politici eodem in vi-  
gore, quo hætenus persisteret, Officiarij autem  
ceterique munerum gestores, cum privilegiis  
suis immunes conservarentur.

B

De



Septemb  
Anno  
1644.

18

Mercurij Gallobelgici

De re ditibus, vectigalibus, & aliis ad Eminentissimum Dominum Archiepiscopum Electorem tam in urbe quam alibi spectantibus, nemo nisi ipsamet sua Eminentia participaret: negotiationes, hoc est, mercium quarumvis ap- & transportationes qua Rheno qua terra, uti nec Postarum cursuumve publicorum jura, & quicquid ad Conventum spectat, quo vis modo aut ratione attenuarentur, quin potius eo in statu, quo jam sunt conservarentur.

Quod si Elector uno aut pluribus Ministris opus habuerit, quos aut Monasterium ad tractatus pacis universales inibi institutos amandet, aut eorum opera qua vis alia in occasione Imperium concernente utatur, ejusmodi & talibus salvi com meatus libelli expedirentur, dataque securitate ubi vis locorum salvi essent.

Quod si uni aut alteri aulico Moguntino, cujus conditionis aut status ille sit, visum fuerit, ex oppido ad ruralia sua bona transmigrare, idem omni tempore fidem publicam haberet presidiumq, ut cum suis in tranquillitate agere possit; quo beneficio itidem fruerentur, quotquot, ob imminentis exercitus periculum, salutis sue consulentes, hanc in urbem se receperunt.

Dicta in Archi-diocesi Moguntina sola & unica Catholica Religio propagaretur, omnesque Ecclesiastica Persona, & quicunque

mona-



monasticam degunt vitam, incolumes conser- Septemb  
varentur. Anno

Anno

1644.

Accepta per Capitulum Regis protectione, Celsitudinem suam, ultra quam par est, civitati non fore gravem, quin potius in solas munitiones tolerabile quingentorum militum praesidium sub quinque cohortibus & Catholico Ephoro seuInspectore, immissuram, cauturamque sedulo, ne plus aut à civibus aut ab accolis subditisve, quam ad alendum ejusmodi praesidium sufficit, exigatur, qua in re partitio, uti jam olim fieri consuevit, Capitulo reservaretur, Officiarij autem & milites cum illo quod ordinatum ipsis est, contenti essent, schedulaeque, quibus militum hospitationes assignantur, prout semper, per Civitatis Officiarios conscriberentur.

Universo commilitio prohibitum esto, ne per fractis aedium templorumve foribus aut valvis, civibus damna inferat. Religiosi, Aulici item ministri, Consiliarij, Secretarij, Cancellaria, Doctores, & quicumque ab Universitate dependent, prout antehac, ab omni onerum impositione immunes essent; quòd si tamen Regia Sua Majestati, aut cuivis alteri, cuius fidei ab exercitu in Germania loci huius inspectio commissa, visum fuerit, dictae urbi & eius munitioni de validiori providere ac numero-



Septemb  
Anno  
1644.

siori presidio, in hoc casu sustentationis media  
Regis nomine procurarentur.

Presidium, quod modo in urbe & muni-  
mento est, tam Casareum quam Electorale,  
cras ante meridiem hinc discederet, vigore Ca-  
pitulationis, quam utraq; pars in manu habet,  
ita ut omnia illa, quorum supra mentio facta  
est, ad unguem observentur, nec in minimo  
quidem contra peccetur.

Sub hac transactione comprehenderentur  
includerenturque Dominus Episcopus Wor-  
matiensis, universum Capitulum, Religiosi,  
Officiarij, subditi quicunque & redditus ad  
quoslibet pertinentes, &c. Porro Capitulum,  
& universum Ecclesiasticorum Moguntinen-  
sium Collegium, cum quibusvis eorum Offi-  
ciariis, censum exactoribus, redditibus, &  
quæcunque ad hos pertinere possunt; Presuli-  
bus item, Canonicis, Capitularibus æquè ac  
Exteris, Vicariis, Monachis Monialibusque,  
Patribus Societatis Iesu, Nobilibus, Consilia-  
riis, & quibusvis cæteris ad Archi-Episcopa-  
tum Moguntinensem pertinentibus, ac postre-  
mò etiam Iudaicæ sectæ asseclis.

Extenderetur denique regia hac Protectio  
ac tutela, non solum ad civitatem Mogunti-  
nam, sed & ad Ulmensem & Algeshemia-  
nam dynastiam, Rhingoviam quoque, nec non  
civitatem ac ditionem Bingensem, in qua o-  
mnis



omnia & singula ad predicta Celsitudinis manus, una cum arce, traderentur. Adhuc eadem etiam fruerentur tutela pagi, Hochbemmium, Flershemium, ceterique Vici, ad predictum Capitulum pertinentes, Nobiles item quicumque, Religiosi, Incolae ac Iudaei, quotquot ibi sunt & degunt, quos omnes & singulos ita defensum iri, vigore presentis Capitulationis promittitur, ut per Hassia Landgravia milites nullis pecuniarum contribuendarum exactio- nibus premantur, verum ab omnibus ejusmodi oneribus futuri sint liberi.

Septemb.  
Anno  
1644.

Sapius dicta Capitulatio in duabus linguis Gallica nimirum & Germanica conscripta fuit, quas utrasque Dux, & summi Archidie- cesis Moguntinae Ministri, propriarum manu- um subscriptionibus ideò roborari voluerunt, ut in casu necessitatis utrique parti servirent, & utraque ejusdem valoris haberetur. Actum in Castris ad Moguntiam positis, die 16. Se- ptembris, Anno 1644.

Exempto è vivis, universali quadam ne- cessitate, summo quondam Pontifice, Ur- bano Octavo, ad vigesimum nonum Quintilis (quem diem ideò observandum lectori proponimus, propterea quòd res plurimae narratu dignae in illo acciderunt. Lerida quippe, insigni Cataloniensium oppido, probeque munito, post diutur-

Pontificis.  
nuper è vi-  
vis exem-  
pti, obitus  
Roma o-  
mnia mi-  
scet.



Septemb  
Anno  
1644.

*Factiones  
quatuor,  
Hispanica,  
Gallica, Ro-  
mana, Bar-  
barina.*

nam aliquot mensium obsidionem, Hispani tandem potiti sunt: *Grevelinga*, nobile Flandrorum munimentum, in Gallorum concessit potestatem: *Chemnitzium*, principalem Misniæ urbem, Saxonix Princeps Elector ad obsequium redegit; *Oppelia* Silesiorum ad Cæsaris partes rediit: Serenissimi item Bavarorum septemviri summa Exercitus Capita ac Deputati, Electoralis suæ Serenitatis nomine, *triumphalem in urbem Freiburgum Brisgoia introitum* fecerunt, ac denique dicto die S. P. Urbanus IIX. è vivis excessit: ) Romæ omnia miseri cœperunt, multisque in rebus mutationes evenisse observatum est. Inprimis autem in Conclavi ( qui locus est novæ novi Pontificis electioni, ut inibi Cardinales, purpurative Romanæ Ecclesiæ Patres confluant, deputatus: ) insignem coortum esse tumultum accepimus, dùm quatuor diversæ factiones inibi numerarentur, Hispanica, Gallica, Romana, Barbarina, quarum singulæ Papam è suis electum voluere, qui tumultus Romæ adè invaluerat, ut fæx civitatis ægrè cohiberetur, quin defuncti Pontificis Urbani statuam humi projectam pedibus conculcarent, ex qua ratione quævis mercatorum tabernæ per universam urbem occlusæ tenebantur. Quin & de



de verbis ad verbera ventum ajunt, id Septemb  
 quod causa extiterit, quare Magnus ille Anno  
 Civitatis Romanæ Mareſcallus, Dux Sa- 1644.  
 vellius, cui Conclavis Custodia, militiæ-  
 que Inſpectio commiſſa fuerat, foribus re-  
 cluſis ingrederetur, rixantesque inter ſe a-  
 criter Cardinales, componeret, quorum  
 nonnulli, durante electione, graviter infir-  
 mabantur, inter alios autem Cardinalis  
 Roſſettus & Bentivoglius, quorum hic  
 quinto Septembris vitam cum morte com-  
 mutavit, poſtquam ad duodeſeptuageſi-  
 mum ætatis annum aſcendiſſet.

Uno mense, & ſeptendecim diebus, poſt *Ioannes Ba-*  
 defuncti Pontificis Urbani ex hac mortali- *ptiſta Pam-*  
 tate exceſſum, duodequadraginta autem *philius,*  
 ab occluſo Conclavi, die Jovis denique 5. *Cardinalis*  
 15. Septembris, ex compluribus Pontifica- *Romanus,*  
 li ſede dignis perſonis, per quadraginta vo- *in Põtificem*  
 torum ſuffragia, in Pontificem electus eſt, *eligitur Ro-*  
 ſalutatusque INNOCENTIUS DECIMUS, *ma 5. 15. Se-*  
 Cardinalis quondam Joannes Baptiſta *ptembris.*  
 Pamphilius, vir annos ſeptuaginta & unum  
 natus, natione Romanus, Cardinalis, Hie-  
 ronymi Pamphili, defuncti Papæ Vicarii,  
 quondam Agnatus, Patriarcha Conſtanti-  
 nopolitanus, Auditor Rotæ Romanæ, Da-  
 tarius & Apoſtolicus Nuntius per regnum  
 Neapolitanum, qui unà cum Cardinale



Septemb  
Anno  
1644.

Francisco Barbarino Regiis Legationibus in Hispaniam & Galliam præfuit, posteaque ad Philippum Quartum Hispaniarum Regem missus, Nuntii Apostolici munus feliciter obiit, Anno tandem 1627. die 30. Augusti, per Papam Urbanum in Cardinalium Collegium seu Purpuratorum Ordinem adscitus, & Titularis S. Eusebii cognominatus.

*Pontificis  
moderni  
Insignia  
quam.*

Hic itaque Pontifex, cum in Insignibus suis columbam rostellato oleæ ramusculum tenentem ostendat, spem inde non pauci conceperunt, fore, ut sub ejus regimine pax universo mundo restitueretur, justitiaq; depressa restabiliatur, eo quod olea Pacis hieroglyphicum habetur, quod ut ita eveniat, omnipotens faxi Deus, à quo solo omnia bona procedunt,

*Eius Coro-  
natio.*

Postquam ergò in Divi Petri Basilica Pontificali insignitus diademate fuit, primumque PAPA INNOCENTIUS DECIMUS salutatuse audit, illo ipso adhuc, & cæteris duobus proximè insequentibus diebus, in Castello Angeli, (quod Romanis *Castel S. Angelo* dicitur, quia persuasi sunt, visum super illa quondam Adriani Mole Angelum Michaellem remittere gladium sangui-  
nosum in vaginam, dum Gregorius Magnus, institutis ad Deum publicis suppli-  
catio-



cationibus, cum universo Clero illic præ- Septemb.  
 teriret, implorans supremi Numinis boni- Anno  
 tatem, ut propitium esset populo suo, li- 1644.  
 berando ipsum à crudelissima quadam pe-  
 ste, quod tunc temporis universam corri-  
 puerat Italiam, inprimis vero Romam,  
 prout traditur in Italico illo Tractatu, cui  
 titulus est, *Ritratto di Roma Moderna*, pagi-  
 na mihi quinta, editione Rom. Anno  
 1638.) quotquot inibi erant machinæ, in  
 lætitiæ publicæ attestacionem, faustamque  
 populi Romani congratulationem, non  
 ingrato ætheris reboatu, displosæ sunt, ve-  
 nientibus subinde Cæsaris, Hispani & Gal-  
 li Legatis, ut suum quoque affectum novo  
 Pontifici congratulando attestarentur.

Unum verò est, Lector bone, quod in *Anagram-*  
 Pontificis nostri antiquo nomine, JOAN- *ma ex Pon-*  
 NES BAPTISTA PAMPHILIUS, notatu *tificis anti-*  
 dignum arbitror, quia, commisto inter se *quo nomine*  
 litterarum Ordine, ejusmodi Anagramma *notatu di-*  
 ad unguem elicitur: ALTIS IN SPINIS PA- *gnum.*  
 PATUM HABEO, quod num ita sit, judi-  
 cium penes te, Lector æque, relinquitur, in  
 primis, cum Italiam potissimum ab aliquo  
 tempore tot tantæque bellorum clades  
 miserè afflixerint tantumque non oppres-  
 serint, de qua re in præcedentibus aliquot  
 libris fusius tractavimus.

B s

Jam



Septemb  
Anno  
1644.  
Pontificis  
vigilantia  
& pia cura,  
in admini-  
strando  
munere A-  
postolico.

Jam igitur suscepta in se sedis Apostoli-  
cæ gravissima administratione, sua Beati-  
tudo muneri suo sollicitè præesse cœpit, ne  
maledicendo, blasphemando, tesseriis ta-  
lisve ludendo, famosos libellos spargendo,  
aut quavis sicas portando, peccaretur, sub  
vitæ discrimine inhibens. Adhæc Cardina-  
lem Panzirollum statûs Secretarium; Car-  
dinalem Antonium Legatum atque Ar-  
chiepiscopum Avignonem; Cardinalem  
Franciscum Barbarinum Legatum Urbi-  
num; Dongium Ferrariam; Falconerium  
autem Boloniam constituit. Non minus &  
in hoc sollicitum se exhibuit Pontifex, ut  
incepta nuper urbis Romæ communitio  
absolveretur paulatimque milites dimit-  
terentur, siquidem Ecclesia non opus ha-  
beat militibus, quin potius precibus & la-  
crumis, utpote veris & primariis Ecclesiæ  
armis. Verùm hæc de Roma & Pontificis  
creatione abundè dicta sufficiant.

Oppidum  
St. Ià per  
Gallos obti-  
netur.

Transeamus jam ad reliquum Italiæ &  
quidem belli statum, qui hoc tempore talis  
fuit. Serenissimus Princeps Thomas, post-  
quam proximè hinc evoluto Sextili diver-  
sarium accessu copiarum, quas in Pontificis  
territorio collectas accepimus, exercitum  
suum non leviter adauxisset, totus in illo  
fuit, ut cœptam paulò antè munitissimi op-  
pidi



pidi St. Jà obsidionem porrò urgeret, quod Septemb  
dum, occlusis undique ad obsessos viis, a- Anno  
criter fecit, præsidii inibi Hispanici Epho- 1644.  
rum, Don Diego Alvaredo, eò angustia-  
rum compulit, ut ad 18. hujus, instituto  
cum obsessoribus prævio colloquio, cum  
sarcinis tantum & impedimentis Vercellas  
digrederetur, è contra verò Galli suo oppi-  
dum milite communirent, in qua obsidio-  
ne Colonellum Plessis, Marecalli Plessis  
fratrem, ex ictu lapidis trucidatum occu-  
buisse perhibent.

Mediolanensium quoque Gubernator *Arx Astia-*  
ad duodetrigesimum Sextilis, sole nec dum *na Hispa-*  
orto, per Dominum Vincentium Gonzaga- *norum im-*  
gam, & exercitus partem, Astensis oppidi *petui cedit.*  
arcem, quam vulgò *Citadelle* appellant,  
quantis poterat viribus oppugnari fecerat,  
qua in re fortuna ita pulcrè Hispanis favere  
deprehendebatur, ut, cùm hi portam, cre-  
pita culo seu ariete cardinibus evulsam, a-  
peruissent, sine amissione occisione ve ul-  
lius locus caperetur, pauloque post urbs i-  
pta se dederet, & jam nihil nisi Castellum  
reliquum esset, in quod vis hostilis inten-  
taretur. Nec verò occupavit solummodò  
dictus Gonzaga arcem & oppidum, verùm  
etiam mille trecentorum militum præsi-  
dio pertinaciter defensam retinuit, ex qui-  
bus



Septemb  
Anno  
1644.

bus quoniam Gallis Castellum defendentibus non parùm incommodabat, hac de causa Principem Thomam, cum valida copiarum parte, in viciniam illam pertraxit, eo procul dubio animo, ut hostem Hispanum ex oppido repelleret, suisque in Castello obsessis respirandi facultatem faceret, quo autem illud effectu factum sit, de hoc suo diceretur loco.

Hoc tempore Mediolanensis statûs incolæ non levi metu corripiebantur, veritine Gallica natio futura æstate territorium hoc bello inundaret, quæ eodem hoc tempore magni illum momenti locum Cencio dictum valido militum suorum agmine circumcluserat, & quò minus suppetiæ ipsi ferri possent, vicinam quandam arcem ignibus injectis exusserat, ut vulgò crederetur, expugnato Cencione actum quoque fore de maximi momenti Munimento Finalio.

*Citadella Astensis oppugnata virtute & Opera Principis Thomæ Sabandi.*

Accidit verò paulò post, ut conducto in illam viciniam milite, Princeps Thomas memoratam arcem seu Citadellam Astianam formali obsidione circundaret, effectuque capaci mœnium ruinâ, ad 24. Septembris assiliendo expugnare eandem laboraret. Qua in re licet non exiguam suorum jacturam passus esset, non tamen ab

incæ-



incepto destitit, quin potius manibus pedibusque nitebatur, donec semilunato quodam ante arcem opere potiretur, val-  
 lumque cuniculis oppugnare attenderet, quo animadverso, loci ejus Praefectus, Petrus Carolus, in deditioem tandem nolens volens consensit, Calendis Octobris cum sexcentis denique, maximam partem infirmatis militibus inde Olerium digressus, cui tamen in itinere insultatum, ipseque cum sex Capitaneis, sex signiferis, totidemque vigilum Praefectis, captivus detentus est, donec totidem Gallicanae Sabaudaeque nationis milites ab Hispanis liberi dimitterentur.

Septemb  
 Anno  
 1644.

Nec non & Spignio imperata deditio est, quae cum surdas praerberet aures, Princeps Finalium circumfideri voluit, quod cum fieret, suburbia facili cum negotio capta fuere at non retenta, de quo infra pluribus dicetur.

In Cataloniae regno Galli equidem belli negotium acriter quoque urgebant, verum nullo cum effectu. Obsederant illis in partibus praenobilem illam urbem Tarracconem, quam licet eò usque angustiaram perduxerint, ut occupatis quibusvis, praeter unicam quandam ad mare turrin, munitionibus, quas dicunt, exterioribus, ob-

*Rerum in  
 Cataloniae  
 gestarum  
 status.*

scilicet



Septemb fessi 3. Septembr. ad paciscendum se insti-  
 Anno tuerent; omnis tamen tractatio suo fine ca-  
 1644. ruit, eò quòd interea universus Hispano-  
 rum exercitus, sublatis ad Ilerdam castris,  
 Tortosam usque progressus fuerat. Quin  
 etiam per publicum quendam cursorem,  
 cui Valentia Genuam, ad commorantem  
 inibi Hispanicum Legatum, eundum fue-  
 rat, relatum, Tarraconensium Guberna-  
 torem, Dominum Franciscum Toraltum,  
 in eruptione quadam Gallorum circiter  
 quadringentos occidisse, & machinas qua-  
 tuor fulminales, clavos infigendo, inutiles  
 fecisse; quare effecta, porro per Genera-  
 lem Tursium, qui cum Classe Hispanica  
 ad Dianium interim sive Deniam appule-  
 rat, mille scloppetariorum, nec non ingen-  
 tis quãannonarii quã tormentarii comme-  
 atûs copiæ importatione, oppido abundè  
 provisum fuisse. Animadvertens itaque  
 Cataloniensium Prorex, Comes Lamota-  
 tanus Hodancurtius, reliquas Hispano-  
 rum copias terrâ quoque adventare, nec  
 tamen in exercitu suo ultra peditum qua-  
 tuor millia, equitum verò tria & quingen-  
 tos numerans, extremæ necessitatis esse  
 duxit, ab obsidione desistere, quo facto,  
 cum castris ad Barcelonam retrocessit, Hi-  
 spanici autem bis mille milites Tarragonæ  
 immi-



immiserunt, cum reliquo exercitu circa Septemb  
urbem confidentes, Anno

Cataloniensium agros gravissima tunc 1644.  
afflixere aquarum inundationes, quorum *Aquarum*  
impetu Ilerdæ & Basseæ non pauca do- *in Catalo-*  
mus, pons item unus & pagus quidam, nec *nia inun-*  
non Augustinianorum Monachorū quod- *dationes.*  
dam Monasterium, Stuvurtum nomine,  
abrepta sunt, hominum incolarum ultra  
quingentis miserè extinctis.

Similiter hoc ipso mense Septembri, Si- *Naves di-*  
cilientium triremes bina Gallorum navi- *versis in lo-*  
gia, quæ Telonum tendebant, cum trecen- *cis expu-*  
tis vectoribus ad Corsicam interceperunt. *gnata &*  
Regis Portugalliæ Classis autem in Ocea- *appulsa.*  
no Arabico novem, serico & aliis pretio-  
sis mercibus onustis navibus, ad Catifen-  
ses spectantibus feliciter potita est, eorun-  
demque Regem, qui solitum Portugalli-  
co tributum solvere negaverat, denuò tri-  
butarium effecit. Denique Lysabonæ e-  
tiam ex Indiis triginta tria navigia, cum  
duodecim oppletarum saccharo cistarum  
millibus, cæterisque cum quatuor auri mil-  
lionibus æstimatis mercibus, feliciter ap-  
pulerunt.

Ad decimum mensis præsentis diem *Petrus Gal-*  
Classis Danicæ quondam Pro-Thalassiar- *lus, Classis*  
chus, Dominus Petrus Gallus, septuagin- *Danica*  
ca ann- *quondam*  
*Thalassiar-*



Septemb  
Anno  
1644.  
*chus, Ha-  
fniæ plecti-  
tur capite.*

ta annorum Nobilis Danus , propterea  
quòd contra Regis sui mandatum Sue-  
corum Classsem ex Chelonienſi portu, sine  
facto in illam impetu , dimiserat, Hafniæ  
in publica arcis areæ capite plexus est. A-  
junt etiam , nisi ætatis & status ratio habita  
fuiſſet , quod graviore supplicio afficien-  
dum Rex dedisset. Similiter nonnulli alij  
Classis illius officarii , ob rem minus ex  
debito gestam , regis mandato , criminali-  
ter accusati sunt , quorum unus laqueo  
condemnatus , alter ex regno proscriptus  
fuit , cæteris , qui testium fidem implora-  
bant , ex eorum depositione judicatis.  
His addunt , Regem , facta prædicti Ami-  
ralij executione , non erubuisse in hæc ver-  
ba erumpere , quòd , licet Tycho de Bra-  
he memorato Pro-Thalassiarcho in ju-  
ventute sua prædixerit , quandoque futu-  
rum , ut caput ipsi à cervice avellatur , non  
tamen verum ipsius fuisse prognosticon,  
postremum quippe Carnificis ictû conde-  
mnato quidem vitam eripuisse , non ve-  
rò Caput à trunco avulsisse. Quin & per  
homines fide dignos certiores facti sumus,  
sæpius memoratum Pro-Thalassiarchum,  
brevis ante quàm executioni adhiberetur,  
dixisse, nunc demùm se videre, id quod o-  
lim



lim in juventute sua sibi prædictum est, jam **Septemb**  
 nunc in extrema sua senectâ adimplendum **Anno**  
 fore; nunquam quidem in vita ejusmodi **1644.**  
 somniis fidem se dedisse, verùm cum ita vi-  
 sum sit Deo, aliter se non posse, quin pa-  
 tienter omnia perferat, nec dubitare & in  
 Regem omnia illa cadere posse, quæ olim  
 per eundem Tychonem de Brahe ipsi præ-  
 dicta sunt, in primis autem, nisi pax regno  
 ejus citius restituatur.

Hoc eodem die Classis Sueco-Battavi- **Martinus**  
 cæ Navarchum, Dominum Martinum **Thiesenus,**  
 Thiesenum, qui paulò antè Suecorum de- **Classis Sue-**  
 signatæ Reginæ navem quandam Celo- **co-Batta-**  
 cem, Danis nuper ad Bornholmiam ere- **vica Na-**  
 ptam præsentari fecerat, sex metallicas ma- **varchus**  
 chinas vehementem, regiè donatum accepi- **regiè dona-**  
 mus, ajunt enim, cum prædictus Thalassi- **tur.**  
 archus conscensa nave ad classem fidei suæ  
 commissam illinc discessurus esset, Regi-  
 næ nomine torquem ipsi aureum quadrin-  
 gentorum Coronatorum; adhæc indultæ  
 nobilitatis insigne quoddam diploma, in  
 quo ipse nominabatur **Ancker. Helm / e-**  
 jusque in insignibus certa quædam navis,  
 fumo & igni circumdata, conspiciebatur;  
 porrò trecentos Imperiales in singula sti-  
 pendia menstrua, quandiu huic functioni  
 præfuturus esset, nec non anniversariam



Septemb  
Anno  
1644.

gentorum Imperialium thalerorum pensionem ad vitæ dies, & denique sexcentos Imperiales præsentis pecunia, in itineris sumptus expendendos, ipsi numeratos fuisse, quo regio accepto munere, altero post die Calmariam, ubi reliqua ejus classis hærebat, profectus abiit.

*Arce Ripensi ejiciuntur Suecici.*

Bellum interim inter Suecos & Danos acriter fervebat. Christianus Ranzovius, Regis Daniæ in re bellica Commissarius Generalis, cum paulò ante Sextilis exitum de recipienda Ripensi arce, Principalis sui mandata accepisset, vigesimo nono tandem dicti mensis die illud feliciter consecutus est, receptaque in potestatem suam arce, interceptos inibi, unum Capitaneum Holla nominatum, qui cæteris militibus præerat, duos item vicarios, signiferum equestrem unum, tres metatores, duodecim minorum gentium Officiarios, gregariorum militum octoginta, & velites quinquaginta unum, Regi suo militare fecit.

*Nec non Haderslebitina.*

Eodem successu & Aarhufium & Ahleburgum expugnatae sunt, quibus ad obsequium Regis sui redactis, copiæ Daniæ, Ducibus præmemorato Rantzovio, & primario vigilum Præfecto Paulo Benfeldio, porrò ad Haderslebiam progressæ sunt, cujus cum sexto Septembris potirentur, vi-

tæ ne-



tæ necisque arbitrio in propugnatores Septemb  
 Suecos sibi servato, quosvis sub signa sua Anno  
 transire jusserunt, in arce autem tam anno- 1644.  
 næ quam reliquorum apparatusum ingens  
 copia reperta fuit.

Wrangelius interim cum decem quâ *Pinnebergã*  
 peditum quâ equitum legionibus, binis i- *ab obsidione*  
 tem machinis, in Pinnebergensem Comi- *liberans*  
 tatum proruens, quarto Septembris arcis *Wrangeli-*  
 illius obsidionem feliciter dissolvit, nume- *liani.*  
 ratis amplius trecentis quinquaginta Da-  
 nis, qui in suffossionum operibus, noviter-  
 que cœptis munitionibus, trucidati jace-  
 bant, pedites enim internecina penè clade  
 deleti sunt, equitatus autem fugâ sibi me-  
 lius consuluit.

Illinc porrò ad Chelonium progressus, *Chelonium*  
 illam quoque urbem & arcem una eadem- *Ecklenfor-*  
 que operâ occupavit. Oppidum Ecklen- *da & Itzoh-*  
 forda nulla necdum vi intentata, sponte se *boa cedunt.*  
 dedidit. Secuta est Itzohæ expugnatio, in  
 quam ubi die 22. Septembr. manè, ante-  
 quam concio finiretur, impetum tentaf-  
 set, antiqua urbe mox potitus est, in eaque,  
 inter direptiones ædium, nonnullæ civium  
 domus in cineres & favillas defederunt,  
 mactatique sunt inibi, quotquot in armis  
 deprehensi fuerant.

Sub id tempus Serenissimus Saxonix *Eulenbur-*  
 C 2 Dux



Septemb  
Anno  
1644.

Dux Elector, edoctus de obvio Generalis vigilum Præfecti Konigsmarci in Episcopatum Halberstadiensem ingressu, Castrum Eyllenburgense circumfidere cœpit, quod cum ex machinis nonnihilum oppugnasset, armata denique manu die Septembris sexto illud expugnavit, quamvis nonnisi triginta quatuor militum præfidium, sub Vicarii cujusdam inspectione, inibi deprehenderetur.

*Saxo legiones suas in Cæsaris militiam juramento transscribi permittit.*

Intercepto Eyllenburgo, altero mox die partium Cæsareanarum Generalis, Baro Enckefortanus, Dresdena veredo adventus, apud Electorem se stitit, cum quo ubi nonnihil collocutus fuerat, Legiones Saxonicae præstito juramento in Cæsaris militiam transcriptæ sunt, Enckefordio in caput & Ducem eorum constituto, cum quibus paulò post Torgam ad Albim concessisse dicitur.

*Omina ad Lützen & Breitenfeld observata.*

Inter hæc in utrisque pugnae locis, quæ sunt ad Breitenfeld & Lützen, quorum in agris, superioribus annis, cruentis præliis concertatum fuit, certa omnia evenere; ajunt enim sub nocturnum tempus illa in vicinia diversos constrepentium lituorum, tympanorumque pulsatorum strepitus, & quasi confligentium inter se certorum exercituum tumultus auditos esse, nec tamen obser-



observari quicquam potuisse, quæ res non Septemb  
levem futuræ cujusdam cladis merum ac Anno  
colis incussit.

1644.

Dùm hæc eveniunt, Königsmarciani ad Königsmar-  
ciani ad  
Ackerslebiam notabili clade afficiuntur, Ackersle-  
biam clade  
quatuor ipsorum legionibus, quæ tenta- notabili af-  
ficiuntur.  
tum quandam impressionem exierant, per  
Comitem Bruojum, qui cum ter mille e-  
quitibus in insidias se abdiderat, adeò dis-  
sipatis, ut Tribunus Kinskyus, Colonellus  
Schönherrus, Legatus Brissenitzius, cujus  
inspectioni prætorica Königsmarci legio  
commissa erat, vivi in Cæsarianorum ma-  
nus inciderent, Legatus Balthasar autem  
trucidaretur, dictumque commilitium o-  
ctingentorum aut circiter militum amissi-  
one imminueretur.

Accidit verò, ut paulò post acceptam Cæsariani  
Sueciq, ad  
hanc cladem Campi Marecallus Torsten- Bernburgū  
castra dis-  
ponunt.  
sohnus exercitum suum per Halbersta-  
diensium agros traduceret, cui Königsmar-  
cus novem equitum turmarum, octin-  
gentorum autem peditum, recens commi-  
litium junxit. Cum tantis hisce copiis licet  
ad Ascierslebiam cunctari aliquantum, mi-  
litique quietem indulgere potuisset Tor-  
stensohnus, attamen (postquam ab explo-  
ratoribus, Gallasium cum exercitu Cæsa-  
ris inter Bernburgum & München-Nien-  
burgam



Septemb  
Anno  
1644.

burgum adhuc confidere, ibidemque in montanis castra communire accepit, Civitati Ascierslebiæ autem, vicinisque circum locis, ut postea ex illis tributa commodius exigere, additamenta que cohortium habere posset, parcendum rectè credebatur: ) oportunum arbitrabatur, id quod res erat agere, atq; ad hostem propius accedere. Hoc fine, die 16. Septembris, castra Alslebiam ad Salam, uno circiter milliari supra Bernburgum, promovit, tentaturus, si eo ipso adhuc die, quoniam Cæsarianis ab altera fluminis parte, ob castra ibidem probè communita, incurri non poterat, flumen, propterea quod duobus in locis vadofum erat, transire valeret. Quia in re summa opus erat cautela, ne fortè, per Cæsarianorum vicina admodum castra, exercitui inter transeundum incommodari posset, id quod etiam causa extitit, quare illo die nil amplius attentatum. Relicto igitur inferiori fluminis vado, quod quarta circiter unius milliariis parte ab altero distabat, 17. Septembris, exorto jam sole, in conspectu Cæsarianorum suos per superius vadum, quod præcedente illa nocte omni cum commoditate instructum fuerat, traduxit, eodemque die ad Bernburgense Castrum usque progressus est, Cæsareanas



reanas aliquot cohortes, quæ ibi commo- Septemb  
rabantur, trans fluvium in castra sua com- Anno  
pellens. Propter ingruentis autem noctis 1644.  
tenebras nil opera dignum geri amplius  
poterat, licetque Cæsariani tormentis ex  
omni propugnaculo acriter instarent, nul-  
la tamen Suecis alia clades illata, nisi quod  
quatuor aut circiter gregarii milites occisi  
sint.

Die 18. Septembr. Torstensonius Tri- Bernburgē-  
bunum Copium Arci Bernburgensi immi- sis Arx mi-  
sit, ut inibi adjunctorum 200 militum præ- lite Suecico  
sidio præesset, ipse autem cum reliquis le- communi-  
gionibus paulò inferius deflexit, donec è tur.  
regione Munchen-Neoburgi stetit, qua in  
parte postquam ex tormentis rem acriter  
gerere cœpisset, eò angustiarum Cæsaria-  
nos compulit, ut relicta castrorum suorum  
prima sede, ad tutiora se conferre, castris-  
que commodiorem situm exquirere coge-  
rentur.

Circiter hæc Luccavia oppidum, ( in Luccaviam  
quo Ephori munus obibat Reichwaldus Elector Sa-  
militum tribunus strenuus: ) post tolera- xonicus re-  
tam paucarum septimanarum obsidio- cipit.  
nem, 23. Septembr. prævia Capitulatione  
ad Saxoniae Electoris partes regreditur,  
quod præsidium inde Francofurtum ad Vi-  
adrum deduci fecit.



Septemb  
Anno  
1644.  
*Olmucium  
fortiter de  
sensum.*

Cæterùm majori cum valore Olmutium in Moravia defensum, ejectæ indè mulieres, fœminæ virginesque, quotquot fruges tantùm consumere natæ videbantur, quas licet Comes Wallenstenius in urbem retrudere maximè anniteretur, ex intercessione tamen quorundam Ecclesiasticorum liberè eas, quò cuique placebat, numero circiter 700. dimisisse dicitur.

Pauci intercurrerant post hoc dies, cùm certi quidam ejus loci incolæ aut cives, premiis procul dubio ad hoc allecti, memorato Comiti Wallenstenio, qui urbem recipere ex Cæsaris mandato debebat, promississent, admissuros se clanculùm in urbem Cæsarianos; jamque de hoc inter utrosque conventum esset, 20. Septembr. circa secundam matutinam, haut procul à cathedrali templo portulam quandam in mœnibus occultè hærentem aperuère, per quam uti Cæsariani numero non pauci sunt admissi, dictum Templi locum illicò occuparunt, quem ut in quintam usque horam acriter defenderunt, urbem ipsam modò se cepisse falsò sibi persuadebāt. Accidit enim paulò post, cùm Sueci, die clariùs exorto, viderent, non adeò frequentes in oppido Cæsarianos esse, exusta domo quadam templo vicina, novos hospites in fugam



fugam verterunt, Legatum Güntherum, October. cui ex æquo subventum non fuerat, cum Anno compluribus gregariis, in oppido captivos 1644. detinentes, duo autem Centuriones, tres vicarii & milites non pauci occubuere. Cæsariani dum fugâ sibi consulerent, inter quos octo erant cives, signiferum quendam, & 23, scloppetarios, captivos quoque raptarunt, à partibus verò Suecorum quot quantive perierint, nemini innotuit, quam jacturam Cæsariani trecentorum quadringentorumve militum amissione computarunt.

Ineunte Octobri, cum Romæ publicè Pontificis nunciaretur, Ducem Parmensem Castro illuc venturum, Cardinales Barbarini, quamprimùm post Pontificis Coronationem, 4. Octobr. solenniter peractam, relicta urbe ad arces sive Residentias suas concessere. Quibus diebus diversorum Principum Legati Romam venerunt, novo Pontifici congratulaturi, quem eo nomine celebrant, quod omnibus ex æquo benignas aures præbeat, atque libellos supplices propriis manibus excipiat.

Sub noctem 22. 12. Octobr. coorta fuerat Romæ ingens tempestas, quâ, in Urbana Cardinalis de Medicis villa conclave quoddam, in quo recubans ipse, suo Secretario

*Pontificis  
moderni  
humanitas.*

*Tempestas  
Roma &  
Masola.*



October.  
Anno  
1644.

tario certas litteras dictabat, fulmine con-  
tactum fuit, inibiq; marmorea statua con-  
fracta, Domino & seruo salvis evadentibus,  
ex qua causa Cardinalis altero die in pau-  
peres liberalem se ostendit. Cujus tempe-  
statis furor & in arcem, quæ Maiolæ est, læ-  
viit, eandemque ex omni parte concussam  
penitùs devenustavit.

*Cardinalis  
Antonius  
Barbarinus  
apud Regem  
Galliarum  
omni gra-  
tia excidit.*

Ad 25. 15. Octob. publicus quidam Cur-  
sor veredo ex Gallis advectus Romam ve-  
nit, litteras Legato illi apportans, quibus  
nunciabatur, Cardinalem Antonium Bar-  
barinum ( Coronæ Galliæ apud Apostoli-  
cam sedem Protectorem: ) omni Regis il-  
lius gratia excidisse, quod ipsum in causa  
fuit, cur dictæ Coronæ protectionē ab ipsi  
ablatam. & in Cardinalem Bicchium trans-  
latam esse asserunt. Licet autem Christia-  
nissimus Galliarum Rex, litteris ad Lega-  
tum suum, Dominum Marchionem Chau-  
montium Romam perscriptis, eidem man-  
daret, ut quamprimùm, intellecto earum  
argumento, ad Cardinalem Antonium se  
conferret, Regiumque, quod nuper acce-  
pisset, Brevetum restitui sibi juberet, & si-  
mul regia Insignia ex ejus palatio armata  
manu tolli mandaret; atque memoratus  
Dominus Legatus, adversæ valetudinis  
causa, hoc idem à Cardinale per filium peti  
fecisset,



fecisset, dictum tamen Brevetum restituere **October,**  
 detrectavit, quin potius, misso ad Regem **Anno**  
 Cursore nuntio, excusare se frustra conatus **1644.**  
 est, quapropter dictum sæpissimè Breve-  
 tum Regis Legato denique restituit, quòd  
 cum ille per filium suum Parisios remisisset,  
 Cardinalis nec Romæ nec extra viden-  
 di sui facultatem dedit. Causam tantæ in-  
 dignationis hinc ortam esse perhibent,  
 quòd Antonius Cardinalem Pamphilium,  
 modernum Pontificem, apud Galliæ Co-  
 ronam non leviter suspectum reddidit, &  
 tamen deinceps hoc non attento, nec Re-  
 gis expectata sententia seu resolutione,  
 eundem in Divi Petri Cathedram evehi  
 cooperatus fuit.

Moritur interim ex fati necessitate **Archiepi-**  
 chi-Episcopus Burdigalensis, cujus annui **scopus Bur-**  
 proventus, quadraginta lcutatorum mil- **digalensis**  
 lia, Cardinali Mazarinio donata sunt. **moritur.**

Venetorum quoque Reipublicæ Pon- **Pontifex**  
 tifex ( quem ab anno, post Christum na- **Reipublica**  
 tum, trigesimo quarto, usque ad præsen- **Veneta insi-**  
 tem quadragesimum quartum, ducentesi- **gne grati-**  
 mum quinquagesimum numeramus: ) in- **tudinis offi-**  
 signe gratitudinis antiquæ officium præsti- **cium præ-**  
 tit, dum in illo synedrio ( quod **22.12. O-**  
 ctobr. habebatur, & in quo quibusvis inibi  
 præsentibus E.R. Cardinalibus, pro Ponti-  
 ficis



October.  
Anno  
1644.

ficis electione, gratiæ actæ sunt, monitque Purpurati Patres, ut quaslibet sceleratas & improbas personas ex aulis suis ejiciant.) solenni sanctione constituit, ut priscum illud & republicæ Venetæ elogium, quod Papa defunctus ex Pontificali Palatio removit, & ex quo primum coorti inter Venetos & Pontificem belli semen pullulasse creditur, in antiquum locum reponeretur; de quo elogio qui plura scire desiderat, videat illum libellum Italicum, cui titulus est, *Il Divortio Celeste*, Anno 1643. impressum, Cap. m. 9. pagg. 53. 54. 55. & 56. ubi de hac re fusius tractatur.

*Finalii ob-  
sidio Gallis  
non succed-  
it.*

De bello in Italia gesto nil opera dignum habemus. Princeps Thomas quantumvis Finaliensium subarbiis (uti supra dictum est) potitus fuerat, Hispani tamen per Genuensium agros mille ducentorum militum subsidiarias copias immiserunt. Cui liberando loco, cum & reliquum Hispanorum exercitum adventare cognovisset, clamatis illicò vasis illinc Spigniū retrocessit, eodem itinere arces Calizanam & Carchorianam in potestatem accipiens.

*Fridericus  
Hassia Land-  
gravius in  
itinere pro-  
pè interce-  
ptus.*

Fridericus Hassiæ Landgravius, hoc circiter tempore, ab hostibus propemodum interceptus fuisset. Cum enim Cassellis Lipsiam veniens, illinc porrò ad exercitum Sueci-



Suecicum progredi decrevisset, & hoc fine, **October.**  
 die Mercurii 2. 12. Octobr. post meridiem Anno  
 iter ingrederetur, altero post die, pone op- **1644.**  
 pidum **Dölstsch** / per partis adversæ mille  
 quingentosequites, quibus de hoc itinere  
 cognitum erat, & propterea in vicinum  
 quendam pagum se abdiderant, de impro-  
 viso incurritur, tantumque inter utrasque  
 partes confligitur, donec ex præsidario  
 Landgravii commilitio, quod non amplius  
 centenisequitibus constabat, equitum  
 Centurio unus, nomine Mörnerus, Gene-  
 rali vigilum Præfecto Axel-Lilio affinitate  
 junctus, vicarius unus, & plus septuaginta  
 gregarii equites occiderentur, nonnulli in  
 victorum manus captivi inciderent, & bini  
 illi impedimentarii currus, quibus omnis  
 generis ad iter necessaria vehebantur, diri-  
 perentur, D. Landgravio cum paucis ad-  
 modum & quidem ægrè in oppidum **Dö-**  
**lstsch** regresso.

Biduo post, nimirum Veneris 4. 14. **O-** **Cesariano-**  
**ctobr.** postquam ea nocte circa undecimã **rum pabu-**  
 Generalis vigilum Præfectus Konigsmar- **latores ter-**  
 cus, jubente ita & mandante Campi-Ma- **mille equo-**  
 rescallo Torstenfonio, cum duodecim a- **rum amif-**  
 gminibus, ex utroque primarii exercitus **sione mul-**  
 cornu collectis, tribus vero ex memorati **tantur.**  
Domini Konigsmarci legionibus condu-  
ctis



October.  
Anno  
1644.

Etis manipulis, & centum quinquaginta aut circiter dimachis, quorum in univ-  
sum 2000. equites erant, quibusque ex  
summis Officiariis quinque Tribuni, nem-  
pe Illustrissimus Dominus Comes Palati-  
nus, Fridericus, Gelbrechtus, Danneber-  
gius & Eysenbergius, præerant, ex regiis  
Castris, quæ intra oppida **Bern.** & **Mün-  
chen.** **Nienburg** metata stabant, rei benè  
gerendæ causâ processisset, traductoque  
ad Calbiam per Salam milite, ea nocte  
quietè progressus esset, quinto demum O-  
ctobr. summo mane circa Egeliã visus  
est, ex cui vicinis molendinis, duodecim  
circiter milites Cæsariani qui molebant ad  
ipsum captivi ducebantur, per quos infor-  
matus est, pridie neminem suorum è castris  
pabulatum exiisse. Quando quidem autem  
exploratum Suecis erat, Cæsarianos quo-  
quo secundo die pabulari solere, non du-  
bitabant, quin eo ipso die pabulatores ca-  
stris exiissent, quod ut certius expiscaren-  
tur, Königsmarcus ad sylvam, cui nomen  
est **Hackel**/ocyus accedendum duxit, legio-  
nibus pressis ad eò ordinibus incedere ius-  
sis, ut absconditis præsertim signis, non fa-  
cilè indicare liceret, quot quantive ad pu-  
gnandum uno eodemque agmine accur-  
rerent.

Hacke-



Hackelia sylva diligentius perquisita, **October**  
 nullis tamen hostilibus cohortibus inibi **Anno**  
 deprehensis, secundum illam versus Stas- **1644.**  
 furtum iter initum est, à quo cum non lon-  
 gè abessent, tres equites, qui cum equestri  
 quodam Legionis Lanoianæ signifero, ut  
 commilitones ex ea legione per se pabu-  
 lantes revocarent, ipsisque significarent,  
 validum ex castris hostium agmen præda-  
 tum exiisse, emissi fuerant, in Suecorum  
 manus inciderunt, vexillifer autem, relicto  
 equo, in desertum quendam pagum se ab-  
 didit, atque hac via salvus evasit.

Jam igitur certo nuntio accepto, Cæsa-  
 rianos cum validissimo equitum præsidio  
 pabulatum exiisse, haud diu post prope  
 Stasfurtum primi agminis cohortes non  
 contemnendo pabulatorum numero & e-  
 quis potitæ sunt, quorum paucissimi ad  
 tormentariam Cæsariorum provehen-  
 dam non spectaverant, legionibus interim  
 ad illum locum, quo pabula conquistum  
 Cælareani venerant, festinato itinere con-  
 tendentibus, in quo cum haud procul ab  
 Ascierslebia (quam urbem ad dextram  
 Sueci declinarunt:) abessent, nunciatum  
 denique est Königsmarco, Cæsarianos,  
 cum duodecim equitum turmis, & omni-  
 bus pabulatoribus, intra Scanders- & A-  
 sciers-



October,  
Anno  
1644.

Scienslebiam considerare, quapropter præmissis aliquot manipulis, qui adversarios ad conflictum lacefferent, reliquum commilitium ocyus subsequeretur.

Paulatim itaque ad velitarias pugnas processum, quibus retundendis cum sufficientes non essent Cæsariani, fugâ salutem consulere consultum duxere, partim quâ Mansfeldiæ Comitatus aditur, partim etiâ quâ ad eorum castra viâ patebant, disiectis confusisque ordinibus, dilapsi. Quorum potiri inter pugnandum Sueci poterant, militari modo tractati sunt, reliqui verò majorem partem captivitatis necessitate constringebantur. Captivi, quorum in numero certi quidam equitum Magistri, Vicarii, signiferi, excubantium manipulorum Præfecti, & multi gregarii erant, apertè dicebant, præsidium pabulatoribus hisce adjunctum, mille quingentorum equitum robore constitisse, atque imperiis tribuni Konigseccii rectum esse, ex quo, præter duas cohortes, quæ conflictui huic non interfuere, ast cum dicto tribuno & currum pabulatoriorum parte rectâ ad Hercyniam sylvam confugerant, vix centeni equites salvi evasissent. Ex Officiariis à parte Cæsarianorum trucidati expirarunt, Legatus Wedelius, equitum Centurio Marscallus, & alii, quorum nomina necdum

inne-



innotuerant, ex gregaria item militia non pauci. Alium quendam equitum Præfectum, quem ex Leodiensi districtu Comitem esse ajunt, nomine Richardum de Greviere, Sueci Halberstadium perduxerunt, usque adeò vulneratum, ut salutis spes nulla restaret. Suecis autem parvo hæc victoria constitit, quippe officiariorum neminem, minorum gentium paucos amiserit, cum e contra ter mille, partim meritorios partim pabulatorios, equos prædæ loco abducerent, postquam centenos aliquot currus, quorum nonnullorum instructio triginta imò quadraginta Imperialibus constitisse dicitur, subjectis ignibus exussissent. Qua re feliciter expedita, Konigsmarcus 7. Octobris Halberstadium rediit, ultra mille captivos, & tantum equorum numerum post se trahens, ut equus alioquin 20. Imperialibus non venalis in civitate sesquifloreno veniret.

Hoc rerum statu, uterque Cæsariano-  
 rum Suecorumque exercitus castris prope Bernburgum pertinaciter hærebant, nec ferè aliud fiebat, nisi quod res nonnquam ex machinis mutuò gerebatur. Ad 13. Octobr. posteaquam numerosum militum Suecicorum agmen Salã vado transisset, quadringentis denuò majorem partem

*Gallassius  
 Suecorum  
 stativa  
 frustra in-  
 festat.*



October.  
Anno  
1644.

tem pabulatoriis equis potiti sunt: altero autem diluculo Gallassius Suecorum stativa Munchen-Nienburgi ferro & igni oppugnavit, quo vehementissimo impetu licet oppidum ex concepto incendio plurimam partem conflagraret, non tamen sine gravi trucidatorum captivorumq; numero rejectus est, Comite quodam Solmejo, & aliis Officiariis inter mortuos repertis.

*Bredenburgum Danis deditioem facit.*

Paucis post diebus, & quidem **II. 21. Octobr.** arx Bredenburgensis deditioem Danis quoque fecit, lignorum potissimum medicamentorumque penuria, ut ajunt, fracta. Honestis verò conditionibus dimittebantur, qui eam adhuc tam fortiter defenderant, Præfectus enim cum **16.** varia supellectile onustis curribus, vexillis tribus, sex plaustris, quibus infirmati deportabantur, & **90.** integræ constitutionis militibus egressus est, lectica, ob adversam valetudinem, ad oppidum **Christianpreiße** salvo itinere deportatus.

*Sueci cum Danis cruento pralio navali decertant, priusmasq; ferunt.*

Inter Lalandiam deinceps & Femeram insulam utræque regiae Suecorum Danorumque Classes, cruento admodum prælio in aperto mari concurrerunt, in quo postquam Sueci, cum triginta duabus navibus, quas inter tres incendiariæ erant, Danos, qui cum septendecim navigiis bellicis



licis pugnarum exierant, Duce Carolo Gu- October.  
 stavo Wrangelio Navarcho, 13. 23. O- Anno  
 ctobris fortiter adorti essent, tanto cum 1644.  
 fervore utrinque res ex fulminalibus ma-  
 chinis geri incipiebat, ut Sueci, post pri-  
 mum statim, a impetuosissimum assul-  
 tum, tria maximi momenti Danorum na-  
 vigia, PATIENTIAM, DRACONEM, (vulgò  
 den Lindwurm:) & OLDENBURGUM, quo-  
 rum hoc Vice-Amiralij, illud Amiralij, po-  
 stremum autem Generalis munus obibat, à  
 reliqua ipsorum classe separarent, quorum  
 duo, *Patientia* & *Oldenburgum* in potesta-  
 tem redacta, tertium autem, *Draco*, per in-  
 cendiariam Hollandorum navem injectis  
 ignibus exustum est. Accidit verò, cùm cæ-  
 teræ Danorum naves minores Amiralium  
 suum commodè sequi non possent, ut non  
 observato cursu eum Hollandica classe cõ-  
 funderentur, quæ feliciter adeò contra i-  
 plas pugnavit, ut post levem oppositionem  
 quatuor earum potiretur, quarum nomina  
 erant TRES LEONES, DUO LEONES, E-  
 QUUS MARTINUS, FIDES; reliqui Lalan-  
 diam fugâ quærebant, appulsisque ad con-  
 tinentem navibus, relictis illis, quaquà po-  
 tuerunt, dilapsi sunt, cùm quatuor denuò  
 navigia, NEPTUNUM, URTICÆ FOLIUM,  
 STORMARIAM, & aliud Cronfisch dictum,  
 D a Hol-



October.

Anno

1644.

*Classis Dani-  
ca omni-  
no dispersa.*

Hollandis in prædam reliquissent, vectoribus omninò vacua.

Concisa est hac occasione, atque per Suecos dissipata universa Regis Daniæ Classis, unà cum Thalassiarcha, in qua quidem tantum collocaverat fiducia. Parta sunt navigia decem, concremata duo, reliqua in fugam versa aut ad arenarum scopulos adacta. Hollandorum unica navis machinali fulmine fracta, in mari periit, salvati tamen, quotquot in illa vehebantur, milites epibatæ.

*Navium  
partarum  
catalogus.*

Hoc prælio feliciter confecto, Sueci classem suam in portum, qui oppido *Christianpræs* adjacet, reduxere, ut inibi carenterent, catalogum exhibentes, quo navium partarum, non solùm, sed & quot in earum singulis machinæ repertæ fuerant, captivorumq; numerus exacta descriptione ostendebatur, & talis erat:

PATIENTIA, machinis munita 49.  
TRES LEONES, 39. OLDENBURGUM, 36.  
STORMARIA, 28. FIDES, 28. DUO LEONES, 22. URTICÆ FOLIUM, 24. CRONFISCH, 16. EQUUS MARTINUS, 16. NEPTUNUS, 26. Machinis in universum ducentis octoginta tribus, quarum pleræque 24 aut 36, librarum glandes emittere dicuntur.

DRACO



DRACO navis, vulgò *der Lindwurm* di- October.  
 cta, machinas 38. & PELICANUS, 26. ve- Anno  
 hens, per Suecorum incendiaria navigia 1644.  
 combustæ sunt.

DELMENHORSTIA, quæ 26. & AGNUS,  
 quæ 18. machinas vehebat, in brevibus sco-  
 pulisve subsedere, ac denique confractæ  
 perierunt.

CATUS MARINUS, machinis commu-  
 nita 14. HAYENTHALIA, 8. & GALLIOT-  
 TUS, 6. navigia omnium minima ac tenuis-  
 sima, fugâ sibi ægerrimè consulere.

Inter captivos erat, universæ Classis Da- *Captivorum*  
 nicæ Præfectus Generalis, nomine PROS- *numerus.*  
 MONDUS, qui navium maximæ Patientiæ  
 præerat, & ex vulnerum malitia paulò post  
 expiravit. Navarchus GRABO, cujus impe-  
 rioregebantur, quotquot DRACO vehe-  
 bat. Pro-Navarchus, STANISLAUS JAS-  
 MUNDUS, quem Oldenburgi vectores au-  
 diebant. Pro-Thalassiarcha ULEFELD IUS,  
 cui Tres-Leones obsequebantur: cum plu-  
 rimis Centurionibus, Vicariis, minorum-  
 que commissionum officariis, & plus mil-  
 le ex gregaria militia armatis. In quantum  
 autem trucidatorum, submersorum, com-  
 bustorumque numerus excurrat, de hoc  
 certi aliquid referri non posse perhibent.  
 Sueci in cuncto h. c. prælio, quo ab hora  
 D 3 deci-



**October.** decima antemeridiana, usque ad quartam  
**Anno** vesperis, acerrimè pugnabatur, non nisi se-  
**1644.** xaginta militum, quàm occisorum quàm truci-  
 datorum, quorum maximus Vicarius erat,  
 jacturam se passos asserunt, navium autem,  
 præter Hollandicam unam, nullam perdi-  
 disse dicentes.

*Damnorum  
 aestimatio.*

Mercatores, quibus expugnatae hæ na-  
 ves visæ sunt, unanimi ore contestabantur,  
 maximum belli Danici nervum in his con-  
 stitisse, Regique ultra quatuor vix superes-  
 se, quam gravissimam jacturam regni Da-  
 niæ Senatores cum duodecies centenis Im-  
 perialium millibus aestimasse scribuntur.

*Hispaniarum  
 Regina moritur.*

Mortua est circa idem illud tempus, 6.  
 nimirum Octobris die, Hispaniarum Re-  
 gina, anno ætatis 42. non sine oblato vene-  
 ni, quod inter bibendum hausisse creditur,  
 suspitione, quam eodem evocati fato se-  
 quebantur 12. Octobr. defunctæ Reginae  
 quondam Architrclinus, Marchio de San-  
 cta Cruce, & paulò ante Dominus de Vul-  
 de, Eques Auratus, &c.

*Iohannes  
 Christopho-  
 rus von  
 Abweg/  
 Electoris  
 Bavariae ad  
 Dietam*

In Francofurtensi porrò Diæta, quæ cir-  
 ca hoc anni tempus fervebat, 7. 17. nostri  
 mensis die, Serenissimi Bavariæ Electoris  
 Cancellarius, Dominus D. Joannes Chri-  
 stophorus von Abweg, & quidem in Cur-  
 riæ illius palatio, horâ circiter decima an-  
 temeri-



temeridiana, præsentibus cæteris quorum- **October.**  
 vis conscriptorum Principum ac Statuum Anno  
 Legatis, catarrho quodam suffocativo re- **1644.**  
 pentè extinguitur, qui cùm in propria sua *Francfur-*  
 rheda, quam sex nivei coloris equi trahe- *tensem, Le-*  
 bant, mortuus domum in Porcianam de- *gatus, Ca-*  
 portatus fuisset, subsequenti demùm die *tarrho suf-*  
 Jovis in Dominicanorum monasterio, fre- *focativo*  
 quentissima quorumvis ad dictam Diætam *repentè ex-*  
 Deputatorum, amplissimi Senatus, civium *tinctus.*  
 principiorum, & universi Cleri Pontifi-  
 cii processione, ritibus Romano-Catholi-  
 cis humatus est, cùm annos 58. rebus hu-  
 manis interfuisset.

De belli inter Cæsarem & Transsylvaniæ *Belli inter*  
 Principem exorti statu superiori libro plu- *Cæsarem &*  
 ribus in locis diximus. Nunc porrò perferi- *Ragozkyi*  
 bimus, quanam ratione, componendi dis- *exorti Com-*  
 fidii hujus, tractatus inter utrasque partes *positio insti-*  
 Tirnaviæ instituti sint, qui ut feliciter succe- *tuitur.*  
 derent, 25. Octobris Ragozkii Legatus in  
 urbem illam pomposum admodum intro-  
 itum instituit, rheda ejus, qua vehebatur, à  
 duodecim pretiosissimis unius coloris e-  
 quis protracta, quam tredecim alii sejuges  
 currus, cum 180. personarum comitatu,  
 pone sequebantur.

Quemadmodum igitur introitum su- *Instructio*  
 perbum fuisse, ita nec arrogantiã Proposi- *Ragozkyæ-*  
 tio *norum.*



October.  
Anno  
1644.

tionem caruisse perhibent, de qua ut lecto-  
ri non nihilum constet, summaria Instru-  
ctionis Ragozkyanę capita huc inferemus,  
secūdam quorum tenorem futuram com-  
positionem institui voluit Ragozkyus, &  
sunt talia:

I. Bellum hoc ex regni discordia ejusque  
Constitutionum transgressione natum esse.

II. Inde varia provenisse gravamina, quę  
religionis potissimam libertatem concernebāt,  
ad quorum suppressionem necesse fuisse ut ar-  
ma ad manus sumerentur.

III. Cū vigore Constitutionum Regni,  
& Pacificationis Viennensis, liberum Religio-  
nis exercitium, quā subditis quā rusticis, in-  
dultum sit, ea propter omnia & singula templa,  
quę ab anno 1608. ablata fuere, restituere-  
ntur, transgressores autem, juxta Vladislai Re-  
gis decretum punirentur.

IV. Oratoria, ceteraque concionibus ha-  
bendis destinata loca, quę nostri exadifica-  
runt, Catholici autem sibi appropriarunt, resti-  
tuerentur, destructa restaurarentur.

V. Quęcunque monasteria & templa de-  
vastata de novo erigere licitum esset, nec, quò  
minus liberum religionis exercitium in illa in-  
troducatur, prohiberetur.

VI. Coram Ecclesiastico Senatu non nisi  
res ad matrimonium spectantes deciderentur:  
quod



quod vero Religionis negotium attinet, huic **October.**  
 componendo quilibet Comitatus proprium **Anno**  
 perintendentem haberet. **1644.**

VII. Iesuitis nec in regno degendi, nec in illo bona habendi facultas daretur, proinde ne à quovis statu ipsis quidquam transscribatur, caveretur.

VIII. Errores & peccata contra Compositionem Viennensem, & conscriptas regni Constitutiones, secundum articulum Anno 1635. conclusum emendarentur; odiosa autem illa questio, quæ super nomine Statuum Evangelicorum mota est, penitus intermitteretur.

IX. Quòd si Magnatum Nobiliumq; filij statui se Ecclesiastico applicant, hereditatis suæ portionem seu quotam quamprimum accipiunt, quo fit, ut eiusmodi bona à secularibus successoribus in perpetuum abalienentur, nec fisco Regio adjudicari unquam possint.

X. Dignitates Ecclesiasticæ potiores & Episcopatus in Magnates tantum & Nobiles erogarentur, quò ita ipsis respectus regionum provincialiumq; Consiliariorum conservetur, & in hoc ipso tam ætatis quàm status ratio habeatur.

XI. Comitiales dies certis temporibus haberentur, in quibus Comitatum Legatis plus respectus authoritatisve, quàm cuiquam alteri



October. *persona particulari, adscribatur, eorumq; vo-*  
 Anno *ta libera essent, ita ut his contradicere nemo*  
 1644. *facile presumat.*

XII. *Regni muneribus, non habito reli-*  
*gionis respectu, apte persona proficerentur, &*  
*quoniam Reformati adhuc ab omni munerum*  
*functione remoti sunt, per hoc ipsum libertati*  
*eorum derogatum fuit.*

XIII. *Pro conservatione pacis cum Tur-*  
*ca sufficientes provisiones fierent, Legationesq;*  
*in Turciam nemo nisi Hungari obirent.*

XIV. *In Processibus seu Causis Iudiciariis*  
*omnia tollerentur, quaecunq; regni nostri Iuri-*  
*bus & Consuetudinibus contraria sunt, nec*  
*pendente lite mandata de cassando publica-*  
*rentur.*

XV. *Dominicale Tribunal omnino tolle-*  
*retur.*

XVI. *Pretium Decimarum Ecclesiastici*  
*ne adangerent, cum regnum ex hoc ipso nonni-*  
*si inopia gravetur.*

XVII. *A Viennensi Pacificatione, & qua*  
*ab anno 1608. adhuc facta sunt regni Consti-*  
*tutiones, ab illis Deputati ne latum quidem*  
*unguem discederent.*

XIIX. *Cesarea Sua Majestas securitatem*  
*prestaret, fore ut quicumq; regni Status in pri-*  
*scis suis libertatibus ac iuribus immoti conser-*  
*ventur.*

XIX.



XIX. Cumq; non alio sine arma correpta **October.**  
 fuerint, nisi pro patria libertatis defensione, ne- Anno  
 cessum fore, ut omnibus ac singulis ex a quo **1644.**  
 condonetur.

Et hæc quidem, aut certè in hunc sco- Eorum, su-  
 pum collimans, Instructio Ragocziano- per quibus  
 rum fuit, Cæsaris Deputatis vice versa pe- cum Ragoc-  
 tentibus. I. Princeps Ragoczius exercitum zio pacisci  
 suum ex Hungaria regno sine damnis deduce- voluit Im-  
 ret, eundemq; dimitteret. II. Quæcunq; occu- perator, ar-  
 pata loca restitueret. III. Hungaria regni nego- gumentum.  
 tiis ne se immisceret. IV. Quibusvis fœderibus  
 cum Gallo & Sueco initis renunciaret. V. Cum  
 Domus Austriacæ hostibus in Confœderatio-  
 nem porrò non descenderet. VI. Quosvis sum-  
 ptus & damna, quorum in hoc bellum expen-  
 dendorum ille causa extitisset, refunderet, idq;  
 unà cum cæteris Transsylvania Ordinibus sin-  
 gulari Rescripto confirmaret. VII. Quo factò,  
 Cæsaream Suam Majestatem Ragoczio, &  
 quibusvis Transsylvania subditis indulturum,  
 ut tam in Austriacis quàm reliquis Suae Ma-  
 jestatis ditionibus liberè negotiari possint.

Quemnam verò effectum instituta hæc  
 pacis Transactio sortitura sit, de hoc suo  
 quandoque loco dicetur, quamvis non  
 pauci in ea erant opinione, Ragoczium  
 hoc in negotio minus candidè cum Cæsa-  
 re agere, cogitare autem, ut hoc agendi  
 modo



**October.** modo tempus aucupetur, luoque interim  
**Anno** exercitui de necessaria armatura, cujus ino-  
**1644.** pia vehementer laborabat, provideat.

Dùm hæc de futura pace tractantur, partis utriusq; exercitus parvulis nonnunquam præliis inter se contendunt, pari tamen ferè semper fortunâ, quo fit, ut describendis belli hujus Cæsareo-Transsylvanici gestis, hoc quidem in loco, diutiùs non immoremur, verùm ad alia notatu digniora transeamus.

*Turcarum  
in Stiriam  
irruptio.*

Turcæ sub id tempus in Stiriam, cum octies mille armatorum signis, irrumptentes, Rackenspurgum usque ferro & igni omnia depopulati sunt, occisisque haud paucis, non vulgaris existimationis hominibus, & centenis aliquot in servitute omni morte pejorem raptatis, ex Principis ab Eckenberg prædiis omnis generis pecorum aliquot millia capita abegerunt, omnem ferè illam provinciam vectigalem sibi facientes.

*Baccharam  
Casariani  
de interce-  
ptione fru-  
stra tentât.*

Ad **II. 21.** Octobris diem Casariani, Ducib. Generali vigilum Præfecto Schnettero, & Tribuno Nerenhemio, Castri Hermenteniani Defensore acerrimo, ejusque prælidii Ephoro vigilantissimo, quibus trecentorum equitum, peditum autem fere quingentorum aderat commilitium, oppi-  
 dulum,



dulum, cui ab *Bacchiara* nomen inditum *October* est, de interceptione quidem tentabant, Anno aut non solum sine effectu, sed & de quo i- 1644. ipsi vehementer conqueruntur, cum notabili suorum damno. Cum enim assultibus expugnare oppidulum aggredieretur, memoratus Schnetterus lethalem excipit ictum, glande plumbea percussus, ex quo vulnere altero statim die defungebatur. Penetratum tamen ad oppidanos est, coactique defensores Galli, ut, post non leviter factam resistantiam, ad arcem confugerent, & inter fugiendum Commissarius Meyerus, cum paucis ex gregariis, captivus detineretur, plures autem plumbo & ferro occiderentur. Arx ipsa pilis incendiariis & vi alia oppugnata, fortiter se defendebat, cujus expugnationem cum difficilem fore obsidentes cognoscerent, intellectumque esset, Gallorum subsidia in propinquo esse, oppidulo direpto, ejusque portis ignibus exustis, cum sedecim vini cadis majoribus ad Mosellam secesserunt.

Ast feliciter Bavaris successit *Manhemii* interceptione, in quam, die *Octobris* septimo, cognito, *Generalem* vigilum Praefectum, *Reinholdum* de *Rosis*, pridie cum 100. ferè equitibus, & duabus machinis, quibuscum *Ladenburgum* & *Weinheimium* expu-

*Manhemii*  
suo commu-  
niunt milia  
te *Bavari-*  
*ci.*



**O**ctober. expugnaret, illic intrasse, armata manu per-  
**A**nno ruperunt, & quotquot armis se defendere  
**1644.** conabantur, acie ferri delerunt, nemine,  
 ut ajunt, salvo exeunte, nisi prædicto de  
 Rosis, cum quatuor personis, qui in lintre  
 quadam piscatoria Rhenum trajectus est,  
 alius verò equitum Præfectus, equo suo in-  
 sidens, eundem fluvium salvus transnata-  
 vit.

*Naves per  
 Dunkerka-  
 nos expu-  
 gnata.*

Hoc ipso mense Octobri Dunkerkani  
 diversas, variis mercibus onustas, naves su-  
 um in portum cōvexere. Capitaneus quip-  
 pe Engelbertus Croppius, phaselum Hi-  
 spanicum, cum 82. optimi sacchari cadis, &  
 23000. præsentis pecuniæ florenis feliciter  
 obtinuit. Capitaneus Malliardus de Ba-  
 vinckhoven navigium, quam vulgò Pri-  
 sam appellant, 110. sacchari vasa vehens,  
 cum ingenti pecuniarum summa, suam in-  
 potestatem coëgit; Capitaneus Curtius au-  
 tem nave alia sacchari vasa ex Hispania po-  
 titus est.

*Classe Roto-  
 magens po-  
 situr.*

Nec non iidem Dunkerkani Gallicanam  
 quandam Classem Rotomago advectam,  
 quæ tria munitissima Hollandorum navi-  
 gia (quorum unum 32. alterum 30. postre-  
 mum 26. machinis, sufficientique militia,  
 instructum erat: ) præsidio habebat, dex-  
 terrimè expugnavit, atque ad Ostenda-  
 num



num portum non sine labore perduxit. Pu- **October,**  
gnatum utrimque acerrimè est, & licet Anno  
Dunkerkanianiversa classe, duabus Hol- **1644.**  
landorum navibus, quæ fuga evaserunt,  
exceptis, potiti sint, multo tamen suorum  
sanguine victoria constitit, numeratis ex  
commilitio illo ferè 250. quorum pars tru-  
cidati, pars etiam graviter sauciati, parva  
autem navigia ter centenis florenorum  
millibus æstimata sunt.

Adhæc Venetiis transcribitur, Meliten- *Melitensium*  
sium triremes navem quandam Turcicam *triremes rē*  
tormentis adeò concussisse, ut paulatim *in mari*  
sorberi videretur, aliam verò mercatoriam, *prosperè ge-*  
*runt.*  
20. machinis munitam, & 800. Mahome-  
ticolas vehementem, unà cum certo quodam  
Bassa, qui metu Sultani Mecham fugere  
constituerat, & 38. concubinas, ac 150. no-  
biles Turcas, thesaurumque quatuor auri  
millionibus æstimatum, secum habebat,  
post acerrimum conflictum, & acceptam  
ducentorum epibatarum jacturam, felici-  
ter expugnasse. Intra Hispaniam verò &  
Angliam, duodecim Turcarum myoparones  
naufragio passos esse, quorum maximi  
momenti unus, cum 300. Turcis, in Dun-  
kerkanorum potestatem venerit.

Rerum inter Anglos, Scotos & Hyber- *Rerum An-*  
nos gestarum adhuc una eademq; semper *glicarum,*  
*cum* *Scoticarū,*



**October.** cum fuerit facies, proinde earum narratio-  
**Anno** nem paucis absolvemus.

**1644.**

*Hybernica-  
 rum, conti-  
 nuata ver-  
 scriptio.*

Die 23. Septembris, utriusque Domus  
 Parlamentarii convenerant, ut de propo-  
 sitione pacis tractarent, ubi inter alia delibe-  
 rabatur de conficiendo Catalogo eorum,  
 qui pactis excludi deberent, quorum po-  
 tissimum 40 erant, & inter illos potiores,  
 Principes Palatini Robertus & Mauritius,  
 Comes Neo-Castellanus, & Archi-Epi-  
 scopus Cantabrigiensis. Articuli, quos u-  
 træque Domus Regi offerre cogitabat, nu-  
 mero erant 35. quorum antepenultimus id  
 argumenti habebat, ut restituendo Pala-  
 tinatui quævis possibilia media adhiberen-  
 tur, Robertus autem & Mauritius ab illa  
 restitutione omninò excluderentur.

*Mont-Go-  
 mery Ca-  
 stellum Par-  
 lamentariis  
 accedit.*

Eo ipso die litteris quoque confirmaba-  
 tur, Thomam Middelthonum, cum Parle-  
 mentariis legionibus in Cambria sive Wal-  
 lia magni illud momenti Castellum Mont-  
 Gomery acquisivisse. Adhæc quòd obsessi  
 Neo-Castellenses eruptione tentata cum  
 damno in oppidum compulsi essent.

*Plimmutū  
 Regis nego-  
 tiū facessit.*

Die 30. Octobr. nuntium adferebatur,  
 Plimmutense præsidium, crebris ex oppi-  
 do excursionibus Regios non leviter af-  
 fluxisse, atque uno eodemque die, præter  
 occisos vulgares, 23 Officiarios captivos in  
 urbem



urbem duxisse, 9. machinas & 17. vexilla October. obtinuisse, quo vulnere cautiores regios, Anno sublati illicò castris, aliò digressos esse. 1644.

Calendis Octobris confirmabatur, Re-  
 Regii ad  
 Mont-Gom-  
 merianum  
 castellum  
 affliguntur.  
 Regios obsidionem Plimmutensem dissolvit.  
 le. Tertio autem literas accipiebant Parle-  
 mentarii, Regios, dùm prædictum Castel-  
 lum Mont-Gomery recuperaturi, cum va-  
 lido 5000. peditum equitumque exercitu  
 instarent, non sine clade depullos esse, præ-  
 ter 500. enim in pugna loco occisos, inter  
 quos graviores Præfecti non pauci fuerant,  
 captivos quoque abductos esse, Domi-  
 num Thomam Tildslyum, in equitatu  
 Generalem vigilum Præfectum, Tribu-  
 num Burgthonum, peditatus summum  
 Directorem, Legatum Bladvvelum, 3. vi-  
 gilum Magistros, quos vulgò Maiores ap-  
 pellant, 10. equitum Præfectos & Centu-  
 riones, 23. Vicarios, vulgò Locumtenentes  
 minores, 33. signiferos quàm pedestres quàm  
 equestres, 57. ordinum ductores, 1480. ex  
 gregaria militia; porrò insufficientem 2000.  
 armaturam omnivariam, 18. pulveris tor-  
 mentarii cados, & omnia impedimenta  
 ablata. Parlamentarii insignem quoq; stria-  
 gem passi sunt, ex superioribus tamen Offi-  
 ciariis, præter Dominum Fairfacium, (qui  
 ex accepto vulnere in Castello defecit, cùm

E

jam



October. jam suam conjugem & filios Parlamento  
Anno commendasset; ) & vigilum Præfectum Si-  
1644. meonem, desiderarunt neminem.

*Rex ingentē  
thesaurum  
ex Castello  
Donninch-  
ton Oxoniā  
deportat.* Sexto Octobris die 58. Officiarii regii,  
quos Parlamentarii in diversis eruptioni-  
bus ante Plimmuthum interceperāt, Lon-  
dinum deducti sunt. Nunciatum simul est,  
Regem oppidum Barnstabel deditio-  
ne accepisse; ex Castello autem Donninchton,  
per Comitem Palatinum, relictum inibi  
tormentarium apparatus, munitiones,  
Regiam Coronam, majora Regni sigilla,  
archivā, Cimmelia, vasa quā aurea quā ar-  
gentea, Parlamentariis hoc nec prohibere,  
nec iter demorari valentibus, Oxoniam fe-  
liciter deportasse, qua de causa nonnulli  
majorum gentium Præfecti Londinum e-  
vati, arresto ibi constricti sunt.

*Castellum  
Novum  
Scoti ca-  
piunt.*

Sub exitum Octobris, Neo-Castelli  
quoque obsidio paulatim finiri incipiebat,  
dum Scotorum exercitus Archistrategus  
26. ejus die tres Commissarios in urbē di-  
misit, Præfectumque de dedendis oppido  
& Castello moneri fecit, decoris quidem  
oblatis conditionibus, quibus eorum de-  
fensores dimitterentur; in quam deditio-  
nem cum obsessi consentire omninò recu-  
sarent, Scoti denique urbem & arcem uno  
eodemque omnium assultu oppugnantes,  
post



post semihoræ ferventissimum incursum, Novemb  
armata tandem manu ceperunt, editaque Anno  
occisorum miserabili clade, flammis & fer- 1644.  
ro civibus ingens damnum intulerunt. Et  
hæc quidem de gestis Anglorum & Scoto-  
rum.

Hæchstam præterea (quam sub finem *Hæchstam*  
præcedentis libri Hassicos, certo quodam *oppidulum*  
stratagemate occupasse narravimus: ) Ba- *Bavarici*  
varici, post aliqualem tormentorum op- *recipiunt.*  
pugnationem, 8. Novembris die recepe-  
runt, cujus defensorem, Hassiaci Martis as-  
seclam & Legatum Widerholdum, eique  
adjunctum præsidium, sarcinis & impedi-  
mentis militari more dimissum, postquam  
præsidio Kirchhainam deduci fecissent, op-  
pidi illius inspectio Domino tribuno Man-  
deloio demandata fuit.

Hoc expedito, die 17. Novembris, reli- *Bavarici*  
quorum Bavaricorum exercitus ( à quo *castra Suã-*  
quatruido ante, Duce Hatzfeldio Comite, *hemio mo-*  
Regiones Cæsareæ discedentes, adverso *vent.*  
Mœno flumine vias Gemundam versus in-  
ierant: ) Suanhemio quoque castra movit,  
& quum proximam noctem Heusensta-  
mii, pagus est duobus supra Francofurtum  
milliaribus, exegissent, per superiorem  
diœcesin Moguntinam porrò ascendentes,  
in Hailbionensem districtum concesserunt,



Novemb  
Anno  
1644.  
Gernshe-  
mii ab in-  
cursione  
Gallorum  
liberant.

runt, in Hyberna, ut tunc rumor erat, de-  
scensus.

Ut igitur intellectum est, Bavaricos  
Suanhemio castra movisse, suumque i-  
ter per superiorem Diœcesin instituisse,  
continuò aliquot millium Gallorum, quâ  
equitum quâ peditum signa propè Op-  
penhemium ad alteram Rheni ripam tra-  
ducta sunt, equitatu quidem Heppenhe-  
mii, Benshemii, Zuingenbergæ & vicinis  
Tractui Montano locis in hospitia distri-  
buto; Pedestri autem commilitio injun-  
ctum erat, cum duobus tormentis majori-  
bus Gernshemium, cui Bavaricum præsi-  
dium adsistebat, adoriri, sique fieri posset,  
ejus potiri, id quod tamè fuit frustraneum.  
Quamprimùm enim Electorales cogno-  
vère, Gallos in Gernshemium aliquid ma-  
chinari, De-verthius cum aliquot mil-  
lium equestribus legionib. accurrens, Hep-  
penhemium & Zuingenbergam in sedit; de-  
quo ut Gallis relatum fuit, Bavaricos ver-  
sus montanum, quem dicunt, tractum de-  
nuò descendere, suspèsa in Gernshemium  
incursione, festinanter in alteram Rheni  
ripam transfugerunt.

Benshemii  
ferro & i-

Legiones itaque Bavaricæ Benshemio,  
quod 200. partim Gallis partim Germanis  
munic-



muniebatur, admotæ sunt, qui cùm obse- Novemb  
 dentium dedititii fieri directarent, die Anno  
 Veneris 15. 25. Novembr. Campi-Mare- 1644.  
 scallus Mercyus, vergente jam ad vesperam gni domi-  
 die, impetu aggredi oppidum mandavit, tam expu-  
 ex quo licet strenuè admodum obfessi pro- gnant.  
 pugnant, victi tamen sunt & plerique  
 occisi, quo in furore civium quoque non  
 pauci perierunt. Occisus inter alios est loci  
 Præfectus Gallus, Rosianæ autem legionis  
 vigilum Præfectus Veritius in victorū ma-  
 nus captivus incidit. Quin & Bavaricis ma-  
 gno hæc expugnatio constitit, qui, ne de  
 vulgaribus loquar, Tribunum Wolfium,  
 dùm cum ardente face ad portam quãdam  
 properat, eamque exurere tentat, glande  
 plumbea trajectum, ex eoque vulnere ho-  
 ra noctis decima deficientem, amiserunt,  
 cui etiam utrique Comites, unus ab  
 Schyvartzenburg, & alter à Thering, Capi-  
 tanei trucidati accedunt.

Hinc vis in Weinheimium conversa, cu- Et Wein-  
 jus defensores, Galli quoque, licet Tribu- heimium.  
 num Royerum ab affiliendo non semel de-  
 pulissent, postquam tamen de dolendo  
 Benshemésium statu intellexerunt, vicino-  
 rum damno sapientiores facti, in arbitrium  
 victorum se permiserunt.

Venit interim 2. 12. Novemb. Lutetiam Anglia Re-

E 3 Pari-



**Novemb** Parisiorum Angliæ Regina, quam ubi Dux  
**Anno** Aurelianensis, cum filia Principe, duobus  
**1644.** ab urbe milliaribus, Rex autem & Regina,  
*gina Lute-* Dux Anguinius, & universa aula, dimidii  
*tiam Pari-* milliariis via ab eadem salvere jusserant,  
*siorum in-* pomposo admodum Comitatu in palatiū  
*trat.* regium, quod Galli *Louvre* dicunt, dedu-  
 citur, apud quam proximè sequenti die  
 Dominico Nuntius Apostolicus & Vene-  
 torum Legatus, postridie verò Suecicus, Sa-  
 baudicus, nec non Mantuanus Orator, au-  
 diti sunt.

*Eislebia op-  
 pugnata  
 probè se de-  
 fendit.*

Non ita multis post diebus Gallassius,  
 nemine tale quidquam conjiciente, castra  
 sua Bernburgo, de quo in præcedentibus  
 dictum est, movit, ex ejusmodi occasione,  
 ut id faceret, inductus. Postquam memo-  
 ratus Cæarei exercitus Generalis, Comes  
 Gallassius, ad 11. 21. Novembris, Lega-  
 tum Donappium, adjuncto ipsi mille quin-  
 gentorum quæ equitum quæ dimacharum  
 satellitio, cum 2000. pabulatoribus, Eisle-  
 biam emisisset, (qui, etsi quidem oppidum  
 illud aggressi, in idem penetrarunt, spolia-  
 risque nonnullis ædibus, 14. domus igni  
 succenderunt, à civibus nihilominus, illata  
 100. ferè trucidatorum clade, fortiter de-  
 pulsi fuère: ) & verò Campi-Marescallo  
 Torstenonio de hoc cognitum esset, ad  
 Plez-



Plezkavium intra Cæsarianorum castra, Novemb  
Salam vado transiens, dictos pabulatores Anno  
acriter insecutus est, prohibiturus, ne inter- 1644.  
clusis itineribus ad castra redire valerent. Gallassius

Gallassius ergò cognoscens, Torstenso- Bernburgo  
nium cum potiori equestris exercitûs par- castra mo-  
te Castris exiisse, ut suis cladem adferret, vet.  
nulla morâ vasis conclamari jussis sub in-  
tempestam noctem, ( relicto intra castra  
curruum carrorumque, quos inopia equo-  
rum, pabulatum emissorum, subvehi non  
licebat, ingenti numero, neglectisque in-  
firmatorum militum non paucis, uno item  
tormento æneo & laxioris oris catapulta i-  
gniaria seu mortario, quæ Stasfurti ad Bu-  
dam prope vadum reperta atque illinc Ca-  
stris Suecorum illata sunt: ) non sine ordi-  
num confusione Stasfurtum, ubi Generalis  
Baro ab Enckenfort cum legionibus ali-  
quot subsistebat, illinc autem festinato iti-  
nere Parthenopolim versus concessit.

Dabatur ea nocte in Suecorum castris si. Torstenso-  
gnum, certo quodam disploso tormento, nius disploso  
quo animadverso, Torstenfonius, qui vem tormenti si-  
forte alicujus momenti geri credebat, con- gno in ca-  
festim ad suos properat, de opprimendis stra revo-  
autem pabulatoribus non amplius sollici- catur.  
tatur. Postridie itaque salvus in castra rediit  
summo mane; ast cum intelligeret, Gallas-



Novemb  
Anno  
1644.

suum longiùs jam abesse, quàm ut assequi illum insequendo posset, Suecicusque equitatus, ob toleratos aliquot dierum labores, non leviter esset debilitatus, minus consultum ducebat, oneratum plus onerare militem.

2000. pabulatores, cum adjuncto præsidio, cadit.

Suecis autem in castra vix regressis, Cæsariani pabulatores ad sua quoque festinât, ignari eorum, quæ interim acciderant, quibus cum Torstensonius, valido septus commilitio, obviam venisset, adeò incautos multavit, ut quoslibet illos pabulatores, adjunctumque præsidium (præterquam ferè 3. aut 400. equites, qui, quæsitis in Hercynia sylva latebris, vadoque, die 13. 23. Novembr. prope Mörseburgum superato, Pegaviam se recepère: ) ad captivitatis necessitatem compelleret, inter quos summus ille Legatus, qui equitatu præerat, vigilium unus Præfectus primarius, aliquot equitum Magistri, Centuriones, Vicarii, signiferi equestres, pedestres vexilliferi, ac plures alii tenuioris conditionis Officiarii fuerunt, Donappius autem Legatus, qui in equestres imperia habebat, fuga salvus evasit.

Castris suis egreditur.

Ut itaque nunciatum fuit, Gallassium cum copiis suis, jam non levi parte accisis, prope Magdeburgum confidere, novisque illic munitionibus ut se obfirmet, moliri, quò



quò subsidia promissa commodiùs expe- Novemb  
ctare valeret ; eapropter Torstenonius, Anno  
paucissimis saltem post Gallassianorum e- 1644.  
vasionem diebus se pariter operæ pretium  
facturum putavit , si sublatis suis quoque  
intra Bern-& München-Nienburgum ca-  
stris , propius ad hostem accederet , atque  
in vicinis Partenopoli agris castra metare-  
tur, quod dùm facere aggreditur , intra 20.  
30. hujus stativa in oppido *Wansbeck /*  
*Königsmarcus* autem *Langesalzæ* habuit.

Congestum interea ex navibus pontem *Victoria*  
prope Aakenam Sueci munitionum ope- *in signi po-*  
ribus acriter defendunt ; qua in re dùm de- *titur.*  
sudent, die 21. Novembr. veteri , 1. autem  
Decembr. novo calculo , Cæsariani exerci-  
tus equitatus , 20. Legionibus constans,  
trajecto ad Partenopolin Albi flumine , in  
adversa ripa ascendit, eo animo, ut in altera  
fluminis parte animos aliquantùm refice-  
ret, dataq; occasione Harzfeldiacis se jun-  
geret. De quo ut nuntium accepit Torsten-  
onius, postridie ejus diei universum, quem  
habebat , equitatum , & legiones aliquot  
*Hassiacas* , quæ paucis ante diebus subsidio  
venerant , per pontem navalem ad Aake-  
nam Albin traduxit , atque intra Parthe-  
nopolim & Wittebergam , propè vicum  
*Niemke*, in difficili quodam transitu, Ge-  
nera-



Novemb  
Anno  
1644.

neralem Campi-Marescallatus Locumte-  
nentem, Baronem ab Enckenfort, cum  
novissimo exercitus Cæsarei agmine, qui  
5. legionibus, Enckenfordianâ, Donappia-  
nâ, Tobacciana, Schleinitziana & Hano-  
viana, constabat, offendit, quos cum impe-  
tuosissimè aggressus esset, postremumque  
in turpem fugam coniecisset, notabile ipsis  
damnum attulit, cui acerrimo conflictui  
prima exercitus agmina non interfuêre, ve-  
rum cum Comite Bruoio jam ante præcef-  
ferant.

*Captivorum  
numerus.*

Nobilitant inter alia hanc cladem capti-  
vi sequentes, Campi-Marescallatus Gene-  
ralis Locumtenens, Baro ab Enckenfort:  
Tribunus Tobaccus: legionum Saxonica-  
rum Colonellus, Schleinitzius: Legatus  
Donapp ex Nassoviana: Legatus Torsten-  
del, ex Hanoviana: Legatus Sudeuitzius,  
ex Schleinitziana: duo alii Legati, quorum  
nomina nobis latent: 1. Legatus exautora-  
tus: 3. vigilum summi Præfecti: 11. Equi-  
tum Magistri: 1. Reformatus Equitum  
Præfectus: 3. Centurionum Vicarii: 3. Di-  
macharum Capitanei: 14. Vicarii: 15. e-  
questres, 3. autem pedestres signiferi: 16.  
vigilum Præfecti: 3. Metatores: 2. Tonso-  
res legionarii: 4. Aneatores: 10. Tubici-  
nes: 41. Ordinum ductores, quas vulgò  
Corpo-



Corporales appellant : 4. antesignani: <sup>October.</sup>  
 1500. equites : 4. Annonarii: 13. equeſtria <sup>Anno</sup>  
 vexilla: 3500 equi: præter lixas, calones & <sup>1644.</sup>  
 officiariorum famulos, quorum ut & mili-  
 tum vulgarium ingēs numerus occiſus eſt.

Hoc circiter tempore diverſa in diverſis <sup>Königsmar-</sup>  
 locis portenta obſervata fuere. Die Lunæ <sup>ei 3. filii ful-</sup>  
 18. 28. Novembr. poſt primam pomeri- <sup>mine tacti.</sup>  
 dianam, cū Mindæ rei annonariæ qui-  
 dam Præfectus terræ mandandus eſſet, tres  
 Generalis vigilum Præfecti Königsmarci  
 filii, in Divæ Mariæ templo Abbatiffæ ca-  
 thedræ adhærentes, fulmine cælitùs tacti  
 ſunt, natu maximo in facie non nihilum  
 aduſto, medio in latere dextro & brachio,  
 minimo ſimiliter in eodem brachio vul-  
 nerato: unus eorum famulus cum quadam  
 ſervula mortui ceciderunt, minimæ verò  
 filia, & natu maximæ virgini, eſſi à diviſ  
 fratribus ſuis haut procul abeſſent, ſiniſtri  
 nihil accidit. Proxime in ſequentē nocte  
 cœlum patere viſum eſt, aere ſuper illa ci-  
 vitate ignibus coruſcare deprehenſo, ut  
 ex fulgore eius miles, ad portam ædium Kō-  
 nigsmarcianarum excubans, non leviter  
 terreretur

Super Vienna Auſtriorum inſolitus a- <sup>Iris inſoli-</sup>  
 tri coloris arcus, quem iridem appellant, <sup>ti coloris ſis-</sup>  
 conſpectus eſt, qui uſque adeo fœtebat, <sup>per Vienna</sup>  
 quaſi <sup>conſpecta.</sup>



**Novemb** quasi ingens quoddam incendium jam-  
**Anno** jam extinctum fuisset, quem ingratiſſimū  
**1644.** odorem illi etiam, qui tribus à Vienna  
 milliaribus aberant, persensere.

*Soles tres  
 Londini &  
 Noribergæ  
 viſe.*

Ad 29. Novembris diem, qui Anglo-  
 rum Regi natalis est, cœlum tribus solibus  
 & iride simul luxiſſe, idemque portentum  
 Noribergæ mense Februario anno sequen-  
 te observatum perhibent, ubi irides duæ  
 & Soles tres simul conſpecti fuerunt.

Adhæc ex Sileſia ſuperiore perſcriptum  
 accepimus, illis in partibus, & quidem cir-  
 ca Radiborium, marinas aves inſolitæ ma-  
 gnitudinis magno numero viſas eſſe, qua-  
 rum una glande plumbea trajecta, exem-  
 ptisſque inteſtinis Lintzium ad Cæſaris au-  
 lam miſſa eſt, roſtro admodum acuto &  
 quartam partem cubiti longo, cujus ſtru-  
 ma ea erat laxitate, ut quadrantem medi-  
 mni frumentorum facile caperet. Pedes la-  
 ti erant, ut in anſere, & ſi alæ diſtenderen-  
 tur, ad quinque ulnarum longitudinem  
 excurrebant, quod autem ejuſmodi exori-  
 carum avium monſtra portendant, Deo o-  
 mnifcio notum eſt, qui omnia ad nominis  
 ſui gloriam dirigat & noſtram ſalutem.

*Pegaviam  
 Torſtenſo-  
 niuſ ferro*

Post obtentam per Suecos, intra Guter-  
 bogiam & Niemkam, inſignem illam vi-  
 ctoriam, poſtquam Torſtenſonius uni-  
 verſi



Versi exercitus sui copias Lipsiæ, quinto au- Decemb.  
 tem Decembris Pegaviæ admovisset, op- Anno  
 pidi illius deditioem, quod Saxoniarum 1644.  
 partium tribunus Gerstorffius, quinque di- & igni ex-  
 macharum cohortibus, ac centum equi- pugnat.  
 tum præsidio defendebat, literis ac impe-  
 riis acriter sollicitavit. Cum locus admoni-  
 tionem non daretur, sequente nocte intra  
 10. & 11. ex tribus aggeribus viginti am-  
 plius tormentis, & candentium globorum  
 pilis, ex quarto autem quatuor catapultis  
 seu mortariis, partim missilibus telis, par-  
 tim etiam saxis & lapidibus, tanto cum fer-  
 vore oppugnavit, ut intra horulæ quadran-  
 tem oppidum plus quàm in sex locis in-  
 cenderetur, quo gravissimo incendio non  
 solum 300. ferè partim civiũ, partim acco-  
 larum equi conflagravit, sed & universa  
 propemodum urbs, præter 20. aut circiter  
 ædes, quæ supererant, in cineres versa est,  
 præsidariis & eorum ephoro deditioem  
 necessitate subsequente diluculo sine con-  
 ditione injecta

Dehinc Zeitzensium castellum, ejecto *Zeitzensium*  
 Saxonis præsidio, expugnatum est, die Lu- *Castellum*  
 næ 15. 26. Decemb. cuius deditioem cum *d. vastan-*  
 itidem nulla esset conditio, milites ferè 60. *17.*  
 aut 70. in militiam Suecicam transcripti  
 fuere. Aiunt in exædificationem hujus ar-  
 cis



**Decemb.** cis episcopalis ultra centies mille imperia-  
**Anno** les impensos esse, quo non attento, Sueci  
**1644.** eam omnino destruxerunt, quippe magna  
 ibi turris, & propugnacula duo, subjectis  
 ignibus, exusta sunt, hancque destructio-  
 nem plurium aliorum Mitnig locorum rui-  
 næ sequi debebant, ab arcibus Weissenfel-  
 siana, Eulenburgensi & Delitschiana, nec  
 non Naumburgensi fortificatione initio  
 facto.

*Crucena-  
 censium ar-  
 ce Galli po-  
 tiuntur.*

Paulò clementius cum Crucenacen-  
 sium arcis defensoribus Hispanis actum est,  
 quam ut Galli, sub conductu Generalis  
 Turenii, in deditionem acceperere, præsi-  
 dium illud, quod 250. militibus constabat  
 die 19. Dec. certis aliquot navibus imposi-  
 tum, illincque pleno Rheno flumine Con-  
 fluentiam deVectum fuit. In arce Galli 60.  
 frumento, 28. farina oppletos saccos, funi-  
 culos incendiarios, glandes tormentarias  
 cæteræque provisionis bellicæ ingentem  
 apparatus reperisse dicuntur, eiusque de-  
 fensionem septuaginta tantum suæ nationis  
 milites præfecerunt, oppidi custodia civi-  
 bus relicta

*Francotha-  
 lienses opi-  
 ma spolia  
 reportant.*

Hoc eodem tempore Francothalien-  
 ses prope vicum Heiderheim in Gallorum  
 quoddam commilitium, Wormatiam  
 præsidio deducendum, inciderat, quorum

CUM



cum ultra centum in pugnae loco extinxissent, & propter unum primarium vexillum cui nivei coloris crux adstabat, 4. Cœturiones, 3. Vicarios, 2. Signiferos, 6. Corporales, & 80. gregarios milites feliciter interceptissent, in 12. curribus, quibus impedimenta vehebantur, 16000. Imperialium spolia obtinuerunt.

Eorum quæ circiter hæc Romæ & nonnullis aliis Italiæ locis evenerunt, brevissimam instituemus narrationem. Die Lunæ 13. 3. Decemb. Pontifex solennissima creatione in Cardinalium ordinem adscivit Dominum Pamphilium, suæ Beatitudinis sanguine junctum, itemque Johannem Carolum, Principem Florentinum, quo tempore Sabaudia Dux iunior Augustæ Taurinorum rerum potiri cœpit. Mercurii 21. 11. eiusdem Pontificis Cognata Principi Ludovico solennissimo copulationis actu desponsata est, quos novos cōiuges Cardinalis Barbarinus tabula scriptoria, duodecies mille scutatis æstimata, donasse scribitur. Biduo post Pontifex sedis Apostolicæ possessionem in Divi Johannis æde, quæ est in Laterano, concomitantibus ipsum quibusvis exterorum Principum Legatis, & triginta uno Cardinalibus, aggressus est, Cæsarisque Legato, Duce Savellio indul-

Decemb.  
Anno  
1644

*Eorum, quæ  
hoc tempore  
Romæ & ali-  
ubi in Ita-  
lia accide-  
runt, rela-  
tio.*



Decemb. indulſit, ut præter 3000. illos pedites, in  
 Anno Eccleſiaſtico ſtatu contra Ragocziũ col-  
 1644. ligi permiſſos, alium quoque 9000. arma-  
 torum exercitum in reliquorum Italiae  
 Principum ditionibus conſcriberet. Intra  
 primum & nonum Decembris Hiſpani,  
 qui Cencionem ac Finalium præſidiũ te-  
 nent, collecto 4000 fere hominum comi-  
 tatu, Gallorum quoddam hoſpitiũ pro-  
 pe Roccam opprimebant, quorum cum  
 nonnullos occidiſſent, 20 gregarios cum  
 uno centurione & Legato minore capti-  
 vos obtinere, reliqui aurem fuga dilapſi  
 ſunt. Galliae Rex Legatum, quem Romae  
 habebat, Marchionem Chaumontium,  
 concepto in ipſum neſcio qua de cauſa, o-  
 dio, domum evocavit, ubi vis locorum, qua  
 tranſeundũ erat, graviffimè interdicens, ne  
 reſpectus, cæteroquin eiufmodi perſonis  
 debitus præſtaretur. Cardinali Theodoli,  
 qui paucis ante menſibus ad Gallorum  
 partes demum tranſierat, eiufdem Regis  
 nomine ſignificatum eſt, ut Coronae Galliae  
 inſignia è palatio tolleret. Cardinalis An-  
 tonius Barbarinus Episcopatu Avigno-  
 nenſi in manus Cardinalis Pamphili con-  
 ſignato, in arces ſe ſuas & caſtella contulit.  
 Cardinali de Medicis complacēbat, poſt-  
 habita Purpurati patris dignitate, in Sacer-  
 dotum



dotum seu presbyterorum ordinem trans- Decemb.  
gredi, Pontifici autem, obtinenda per or- Anno  
bem Christianum pacis causâ, Jubilæum 1644.  
publicate. Die Lunæ 6. 16. Decembr. Ve-  
netorum quidam Legatus, familiâ Conta-  
rinus, Romam Pontifici gratulatum venie-  
bat, cui cum Cardinalis Cornarus cum  
compluribus rhedis obviam processisset,  
eundem cum pomposo admodum Comi-  
tatu in urbem, postero autem die, ut audi-  
retur, in Pontificis autem deduxit, qui pau-  
cis diebus ante Archi-Episcopum Ranuc-  
ciniu, Fermientem, ut Nuntii Apostolici  
munus apud Hybernos obiret, constituit,  
centies millenorum coronatorum sum-  
mam Catholicis in Hybernia bello oppres-  
sis liberali sumè erogans. Hæc de Italia.

Ex Gallia habemus Cataloniensium su- *Lamotta-*  
periori tempore Pro-Regem, Lamotta- *nus Hodan-*  
num Hodancurtium, publicato contra *curtus, Ca-*  
plum in Catalonia manifesto, Lutetiam *taloniensi-*  
Parisiorum evocatum, eidemque Regis *um nuper*  
nomine injunctum fuisse, ut rei apud Ca- *Prorex, ar-*  
talonienses malè administratæ rationem *resto con-*  
redderet, siquidem à tempore initæ guber- *stringitur.*  
nationis ingentem novendecim millio-  
num summam acceperit, ipsique 63000.  
armatorum exercitus submissus fuerit, nec  
tamen cum tantis his copiis, rem alicujus



Decemb.  
Anno  
1644.

momenti gessisset, qua de re dictum, Lamottanum certum quēdam suorum in aulam dimisisse ajunt, qui actiones ipsius apud Regem defenderet. Tantæ verò indignationis accusationisve causa hæc esse creditur, quòd denuò memoratus Lamottanus cum quatuor nummum Francicorum millionibus Venetias clanculum transire decreverat, quod cum Catalonienses animadverterent, ipso ejusque thesauro per arrestum detento, certum veredarium Parisios miserunt, qui de hoc Regem pluribus informaret. Postquam igitur citatus ad aulam Regiam proficisci constituisset, & die 28. Dec. Lugdunum Gallorum venisset, per commorantem inibi Præfectum, jussu Regis, arresto constrictus, ac per ducentos Helvetios in arcem illatus est, Secretario ipsius ac quodam Consiliario Parisios deductis, ut porro in Castellum illud, vulgò *la Bastille* dictum, immitterentur.

Suecia Regi-  
na regni  
admini-  
strationem  
in se susci-  
pit.

Referemus in præsentiarum, quibusnam cum cæremoniis & solennitatibus Regia Suecorum Majestas ad Imperii clavum, deposita minorennitate, accesserit die octavo Decembris anni præsentis, qui actus in sequentibus circumstantiis consistit.

Postquam dicto die, horâ ferè decima matutina, Regia Sua Majestas, concomi-  
tantis



tantibus ipsam Regni Sueciæ Dapifero, & Decemb.  
 Comite Petro Brahejo, in palatium regium Anno  
 deduceretur, præcedere eam videbantur 1644.  
 primò Nobilitas, mox regni Senatores,  
 porrò Regia Sua Majestas, quam ponè se-  
 quebantur utræque Principissæ Palatinæ,  
 has verò universum aulæ illius gynecæum.  
 Finitâ hac processione, Regia Sua Majestas  
 thronum conscendit, cui à dextra asside-  
 bant quinque regni Administratores, ad-  
 stantibus porrò hisce tribus, Comite Bra-  
 heio, Thalassiarcho Gûldenhelmio, & re-  
 gni Thesaurario, post quorum terga nobi-  
 le gynecæum stetit. Porrò ad dextram se  
 locarunt, summus rerum bellicarum Dire-  
 ctor, & regni Cancellarius Oxenstirna, à  
 læva autem illorum Domini Senatores, Jo-  
 hannes Schürte, Matthias Soop, Acke-A-  
 xelsonius, Erycius Runing, Claudius Chri-  
 stenson Horn, Petrus Sparr, Knut Posse,  
 Thuro Bilken, & Laertius Kage. Adhæc  
 per Secretarium Mäson Gûldenstörn, Co-  
 mitiorum decreta, ut & regni privilegia,  
 publicè prælegebantur. Hoc factò, Domi-  
 ni Administratores, cæterique regni Sena-  
 tores, è subselliis surgebant, formatoque  
 semilunato circulo, Regiam Suam Maje-  
 statem & ejus solium undique circumsta-  
 bant, quorum omnium primus ad reginam



Decemb.  
Anno  
1644.

fati incepit Oxenstirna, regni Cancellarius, Regiæ Suæ Majestati administrationem regni multis cum verbis offerens, ut solennitas hæc ultra horam duraret. Finito hoc sermone, Regina cum tanta gravitate respondisse dicitur, ut omnium oculos & aures in se verteret. Cùm itaque suum hæc etiam finiisset sermonem, quicumque præsentium Dominorum, & quidem Dapifer primus, quem cæteri omnes sequebantur, accessum ad Reginam faciebant, datisque manibus Majestati Suæ fausta quæque congratulando apprecabantur. Collocabatur interea quinque sedilia ad dextram throni regii, quæ totidem regni Administratores ordine occupabant, quorum primus brevi post surgens Oxenstirna Cancellarius, de Sua Majestate, & modò plenariè suscepta regni administratione, elegantissima oratione ad universos Status dixit, gratias ipsis agendo, quod regimini regio in hunc usque diem in omnib. debitum obsequium præstitissent, adhortandoque ut in eadem obedientia erga Regiam Suam Majestatem semper persistere velint. Dehinc quatuor Statuum Ordinumve Deputati, nimirum Nobilium, Sacerdotum, Civium & rusticorum, singuli per se & separatim, ad Reginam quoque accedentes, porrectisque suis, ast

exo.



exosculata eius manu, de regni feliciter in Decemb.  
 se suscepta administratione congratulati Anno  
 sunt; quo facto, Cancellario Oxenstiernæ 1644.  
 Maiestatis suæ nomine denuò significaba-  
 tur, ut noviter concepta oratione Statibus  
 gratias ageret, quâ habitâ, omnis denique  
 actus finitus est, quem porrò instituta dul-  
 cissimo concentu Musica, ænea tympana  
 pulsata, & tubæ concordi strepitu inflatæ,  
 nec non ducentorum plus tormentorum,  
 quæ displosa sunt, festivus fragor, celebrem  
 admodum fecerunt, civibus etiam, qui ple-  
 na armaturâ induti sub volantibus signis  
 per plateas excubabant, scloppeta sua se-  
 mel atque iterum, in communis lætitiæ  
 contestationem, triumphabundè displo-  
 dentibus.

Moritur interea Constantiæ die 14. Dec. *Constanti-*  
 loci illius Episcopus, Dominus Joannes *ensium E-*  
 Erbtruchses, Comes à Wolffseck, &c. quo *piscopus*  
 itidem tempore Basileenses arcem Hohen- *moritur.*  
 burgensem, voracissimo incendio conflagrantem, amiserunt.

Porrò Monasterii 17. eiusdem, intra o- *Iustus ab*  
 ctavam & nonam, Reverendissimi Episco- *Hullen Mo-*  
 pi Osnabruccensis, Mindensis & Vehrden- *nasterii.*  
 sis, &c. Sac. Cæs. Maiestatis, certorumque  
 Electorum ad tractatus pacis universalis  
 Deputati, Marecallus aulicus & Consilia-



Decemb. rius, &c. Justus ab Hullen in Dratheim,  
Anno &c.

1644.

*Portugallia*  
*Regis Lega-*  
*eus ibidem.*

Adhæc quinto Decembris Osnabruccæ, Regis Portugalliæ Legatus, Don Roderigo de Bottello, qui paulò antequam moriretur, petiit, ut corpus balsamo inungeretur, visceribusq; Osnabruccæ sepultis, cadaver Litabonam in Portugalliam deportaretur, tumulo Parentis ibidem inferendum. Accidit verò, cùm die 28. Decembr. funus illinc Bremam in Hollandiam sine cæremoniis deportari inciperet, dimidio circiter ab urbe milliari per Cæsarianorum equitum quandam cohortem, cui Præfectus *Wölffgen* aderat, interciperetur, spoliatisque, ultrà quàm par erat, curribus & effractis cistis, Fastenaviam deduceretur, cuius restitutionem Sueci acriter urserunt, contra ius gentium & pacta liminaria eiusmodi attentata esse dicentes.

*Albertus*  
*Saxonia*  
*Dux Eise-*  
*naci apo-*  
*plexiâ ex-*  
*tinguitur.*

Denique etiam 20. 30. Decembr. cellissimus Princeps ac Dominus, Dominus Albertus Saxonix Dux &c, Eisenaci in aula sua apoplexia extinctus est, nullis ex senatis hæredibus relictis, rebus humanis exemptus, cùm ætatis annum quadragesimam sextum complevisset.

*Fridericus,*  
*Hassia Lãd-*

Capitur interim, medio circiter Decembris, ad Zeitzam Hassiæ Landgravius Fridericus



dericus, qui equestri legioni apud exerci- Decemb.  
tum Suecicum præest, quem uti die septi- Anno  
mo Januarii porrò Dreïdenæ intulerunt, 1644.  
paucis post diebus in libertatem restitutus *gravius, ca-*  
est, Domino Gerstorffio, Saxonicarum par- *ptivus in*  
tium tribuno, qui Pegaviæ nuper interce- *Saxonie cori-*  
ptus, Lipsiamque deductus fuerat, ipsius *manus in-*  
nomine libero dimisso. *cidit.*

Dicendum quoque præsentì libro resta- *Eorum, qua*  
ret, qua ratione sub initium Januarii, & qui- *mensibus*  
dem 10. 20. dicti mensis die, Londini *Januario,*  
glorum Archiepiscopus Cantabrigiensis, *Februario,*  
D. Guilielmus Laudius capite plexus inte- *& Martio.*  
riit, hominum, qui spectatum accurrerant, *anno præ-*  
ultra 30000. præsentibus. Narrandum et- *sente, gesta*  
iam esset, quibus modis & viis eodem *sunt, sum-*  
mense Sueci arces Hornburgensem, Dani *maria rela-*  
Ripensem, Mauritius Nassovius Sigenum *tio, sequenti*  
stratagemate expugnarint. Adhæc, quo- *libro tertio*  
modo Sac. Cæi. Majestas Pragæ novum *fusius per-*  
conflavit exercitum, ut preces & supplica- *scribenda.*  
tiones ad Divos, pro futura victoria, insti-  
tuit. Quomodo Sueci è contra validum se-  
decim millium armatorum, partim pede-  
strem, partim equestrem exercitum, Bohe-  
miæ infuderint: quomodo Galli ad com-  
munitum bene castellum Oberursel, uno  
& dimidio ferè milliaribus à Mœno-  
Frankfurtensibus, probè multati fuerunt.



Januar.  
 Februar.  
 Martius.  
 Anno  
 1645.

Similiter referri posset, quanta incomparabilia damna ex procellis, incēdiis, inundationibus, ac tempestatibus variis locis, illata sunt; uti arx Heldrungensis, die 4. Febr. Hassiacis deditioe cessit. Budstadium à Cæsarianis incursum est. Quam crudeli & fere inhumana cæde celsissimi Principis Georgii Hassiæ Landgravii, &c. Deputatus, Dominus Johannes Christophorus Cobius, eique adiunctus equestris quidam signifer ab inferioris Hassiæ quodam Legato seu Locumtenente primario, Rat-schin dicto, multis displosarum bombardarum ictibus trucidati, cum in aperto Rheno lintre quadam piscatoria veheretur, non data ulla causa, dolendum in modum perierint. Quanto cum successu Königsmarcius, (Coronæ Sueciæ nomine Locumtenens Generalis hoc tempore declaratus) diœcesim Bременem vectigalem non tantum fecerit, sed & in eadem urbium primariam Stadam, Buxtehudam, dehinc etiam Archiepiscopalem arcem, & munitissimum propugnaculum Bremervördam partim cum, partim sine conditionibus, felicissimè quidem, ast non sine labore, expugnarit. Addi posset nova clades Danis quinto die Februarii, Ducibus Generali vigilum Præfecto Bauero, & Alefeldio, à

Wran-



Wrangeliano equitatu illata, dicitur de **Januar.**  
 primo ad institutos inter Suecos & Danos **Februar.**  
 pacis reducendæ tractatus congressu, & si **Martius.**  
 minus hi succederent, de novis diversarum **Anno**  
 classium constructionibus, in primis autem **1645.**  
 describi deberet, cruentum illud prælium,  
 quo Sueci cum Cæsarianis intra oppidula  
 Woditzium & Jancoam in Bohemia haud  
 procul à Tabor & Pilsena incommodissi-  
 mo ad pugnandum loco, die 24. Februa-  
 rii veteri calculo, concurrere, & in quo Cæ-  
 sariani campis exturbati, captivos amise-  
 runt, Generalem Campi-Marescallum Co-  
 mitem Hatzfeldium, utrosq; Campi-Ma-  
 rescallatus Locumtenentes Generales,  
 Mercyum & Comitem Bruojum: tres et-  
 iam Generales vigilum Præfectos, Zaradez-  
 kium, Fælicem, & Trauditziū: septem  
 Colonellos seu militum tribunos, Schiffe-  
 rum, Tappium, Meuterum, Binavium, La-  
 navium, Kônigseccium & Merlium: No-  
 vem Legatos primarios, illum ex Piccolo-  
 miniana legione, (cujus nomen vitio scri-  
 bentis haberi non potuit) Comitem Wor-  
 fusium, Schmidium, Comitem Bucker-  
 mium, Comitem Kevenhüllerum, Cassia-  
 natum, & tres alios, quorum nomina ex-  
 piscari non licuit: Sex primarios vigilum  
 Præfectos: viginti equitum præsides: vigin-

F s

titres



**Januar.** titres Centuriones: decē Capitaneorū Le-  
**Februar.** gatos: quinquaginta octo vicarios: metato-  
**Martius.** rē seu hospitiorum designandorū Magistrū  
**Anno** unum , viginti quatuor equestres, pede-  
**1645.** stres autem Signiferos viginti septem: Vi-  
 gilum Præfectos viginti: triginta sex Corpo-  
 rales, quos vulgò ordinum ductores appel-  
 lant : quadraginta unum minorum gen-  
 tium Officiarios : viginti unum Tubicines  
 & Æneatores: quater mille gregarios: signa  
 equestria quadraginta quinque, pedestria  
 triginta duo, & machinas fulminales vigin-  
 ti sex: occisorum numero (quantum qui-  
 dem ex Torstensohnii relatione constat,  
 qui complures ferreis equorum soleis ad-  
 eò detritos fuisse scribit , ut cognosci à fa-  
 cie non potuerint:) ad quater mille excur-  
 rente , inter quos primarii fuere. Campi-  
 Marecallus Gôrzius , Colonellus Comes  
 Waldeccēsis: summus Legatus ex Piccolo-  
 miniana legione, Comes nomine: Locūte-  
 nens primarius Mappius , Legatus Stime-  
 lius Linthemienſis, pluresq; alii vigilum &  
 equitum Præfecti, Centuriones.

Quamvis inquam hæc omnia præſenti  
 libro fuſius pertractare debuiffemus , nec  
 non addere ſucceſſum , qui nobiliſſimam  
 hanc victoriam ſecutus eſt , Suecorum ex-  
 ercitu ad Danubium uſque prorudente; aſt  
 cūm



cùm constituerimus de novo anno novum Januar:  
quoque librum ordiri, Lector æquus agrè Februar.  
non feret, si eorum, quæ tribus hisce men- Martius.  
sibus, Januario, Februario ac Martio, syno- Anno  
ptica quadam narratione dicta sunt, exa- 1645.  
ctiorem descriptionem tertio Tomi huius  
libro, certa quadam necessitate coacti, re-  
servaverimus, quem interea Divinæ pro-  
tectioni commendatum secunda pace frui &  
æternùm valere volumus, qui si nobis i-  
dem cupit, gratias habemus, & Deo ite-  
rum atque iterum commen-  
damus.

FINIS.

Eorum,





Eorum, quæ in hoc secundo Tomi  
vigesimali quinti libro notatu digna  
leguntur, Catalogus.

<b>A</b> lbertus Saxonia Dux Eisenaci apople- xia extinguitur,	86
Anglie Rex ingentem thesaurum ex Castello Donninchton Oxoniam deportat,	66
Anglie Regina Lutetiam Parisiorum venit,	70
Antonius Barbarinus, E. R. Cardinalis, apud Regem Galliarum omni gratia excidit,	42
Aquarum in Catalonia exundationes,	31
Arce Ripensi eijciuntur Sueci, 3 & nec non Ha- derslebiana,	ibid.
Archiepiscopus Cantabrigiensis capite plecti- tur Londini,	87
Archiepiscopus Burdigalensis monitur,	43
Articuli, secundum quorum tenorem Philippi ad Rhenum Castrum Gallis deditum est, mense Septembri,	9
Arx Astiana Hispanorum impetui cedit, & 7 Citadella op- & expugnata virtute & o- pera Principis Thoma Sabaudi,	28
<b>B</b> accharam Cesariani de interceptione frustratentant,	60
Bavarici castra Suanhemio movent,	67
Belli inter Casarem & Ragozkyum exorti cõ- positio instituitur,	55
Instructio Ragozkyavorum,	ibid.
	<u>Eorum,</u>



## I N D E X.

- Eorum super quibus cum Ragozkyo pacisci voluit Imperator, argumentum, 59*
- Belli Anglo-Scotico-Hyberni continuatio, 63. & seqq.*
- Benshemium ferro & igni domatur, 68.69*
- Bernburgum milite Suecico communitur, 39*
- Bredeburgum Danis deditionem facit, 50*
- Bremensis diocesis Suecis fit vectigalis, 88*
- Bremerverda cedit, ibid.*
- Boxtehuda deditur, 88*
- C** *astellum Novum Scoti capiunt, 66*
- C** *esar in Bohemia novum exercitum conflat, 87*
- Casariani Sueciq; ad Bernburgum castra disponunt, 37*
- Casarianorum pabulatores ter mille equorum amissione multantur, 45*
- Chelonium. Ecklenforda & Itzohoa Wrangelians cedunt, 35*
- Classium diversarum expeditiones, 89*
- Crucenacensium arce Galli potiuntur, 78*
- D** *amna ex procellis, incendiis, inundationibus, & id genus aliis tempestatibus contracta, 88*
- Dani nova clade afficiuntur, 88*
- E** *islebia oppugnata probe se defendit, 70*
- E** *orum, quae mense Ianuario, Februario, & Martio, anno 1645 gesta sunt. Summaria relatio, 87*
- Episcopus Constantiensis moritur, 85*
- Eulen-*



## INDEX.

<i>Eulenburgenſium Caſtellum per Saxonem ad obſequium redactum,</i>	35
<b>F</b> <i>Actiones Romæ quatuor, Hispanica, Gallica, Romana, Barbarina,</i>	22
<i>Finalij obſidio Gallis non ſuccedit,</i>	44
<i>Francothalienſes opima ſpolia reportant,</i>	78
<i>Fridericus Hæſſia Landgravius in itinere propè interceptus,</i>	44
<i>captivus in Saxonicoꝝ manuſ incidit,</i>	37
<b>G</b> <i>Allaſſius Suecorum ſtativa fruſtrà incurrit,</i>	49
<i>Bernburgo caſtra movet,</i>	71
<i>Galli ad vicum Oberurſell affliguntur,</i>	87
<i>Gernshemiam ab incurſione Gallorum liberatur,</i>	68
<b>H</b> <i>Aderslebienſium arx præſidio Suecico vacuatur,</i>	34
<i>Heldrungenſis arx cum Hæſſiacis tranſigit,</i>	88
<i>Hernſtadium in Suecorum manuſ incidit,</i>	87
<i>Hiſpaniarum Regina moritur,</i>	54
<i>Hœchſtam oppidulum Bavarici recipiunt,</i>	67
<i>Hornburgum intercipitur,</i>	87
<b>I</b> <i>Joannes Baptiſta Pamphilius, Cardinalis Romanus, in Romanum Pontificem eligitur Romæ,</i>	23
<i>Ejuſ inſignia quænam,</i>	24
<i>Coronatio,</i>	ibid.
<i>Anagramma ex ejus nomine,</i>	25
<i>Vigilantia &amp; pia cura in adminiſtrando munere Apoſtolico,</i>	26
	Iohan-



## INDEX.

ad 35 lle- 2 4 8 0- 4 7 2- 9 1 7 4- 8 0 4 3 7 4 7 s -	<p><b>I</b>ohannes Christophorus von Abweg/ Electoris Ba- varia ad Dietam Francfurtensem Legatus, Ca- tarrho suffocativo repente extinguitur, 55</p> <p><b>I</b>ustus ab Hullen, &amp;c moritur Monasterii, 85</p> <p><b>I</b>ohannes Christophorus Cobius, Hassia Landgraviæ Legatus, indigna cade moritur, 88</p> <p><b>K</b>oenigsmarci tres filii fulmine tacti, 75</p> <p><b>K</b>önigsmarciani ad Ackerslebiam clade notabili afficiuntur, 37</p> <p><b>L</b>Amottanus Hodancurtius, Cataloniensium nuper Prorex, arresto constringitur, 81</p> <p><b>L</b>uccarviam Elector Saxonia recipit, 79</p> <p><b>M</b>Anhemium suo communiunt milite Bavarici, 61</p> <p><b>M</b>artinus Thiesenus, Classis Sueco-Batavica Navarchus, regiè donatur, 33</p> <p><b>M</b>elitenarium triremes rem in mari prosperè gerunt, 63</p> <p><b>M</b>oguntia de deditioe cum Gallis transigit, novosq; hospites in urbem admittit, 16</p> <p style="padding-left: 2em;">Conditiones super deditioe conscripta, 17</p> <p><b>M</b>ont Gomery Castellū Parliamentariis accedit, 64. 65</p> <p><b>N</b>aves diversis in locis expugnata &amp; appulsa, 31</p> <p style="padding-left: 2em;">per Dunkerkanos obtenta, 62</p> <p style="padding-left: 2em;">Classe Rotomagensi potiuntur, <i>ibid.</i></p> <p><b>O</b>lmucium fortiter defensum, 40</p> <p style="padding-left: 2em;">Omina observata, 36</p> <p><b>O</b>ppidum S. Ià per Gallos obtinetur, 26</p> <p><b>P</b>egaviam Torstensonius ferro &amp; igni expugnat, 76</p> <p><b>P</b>etrus Gallus, Classis Danica quondam Thalassiar- cha, Hafnia capite plectitur, 32</p> <p><b>P</b>innebergam Sueci ab obsidione liberant, 35</p> <p><b>P</b>limmutbum Regis negotium faecessit, 64</p> <p><b>P</b>ontifex Republica Veneta insigne gratitudinis offi- cium prestat, 43</p> <p><b>P</b>ontificis nuperrimè de vidis exempti obitus Roma o- mnia miscet, 21</p> <p><b>P</b>ontificis moderni humanitas, 42</p> <p><b>P</b>ortugallia Regis Legatus moritur Osabrueca, 86</p> <p style="text-align: right;">Pugna</p>
---	---



## INDEX.

<i>Pugna navalis inter Suecos &amp; Danos, qua illi superiores evadunt,</i>	50
<i>Classis Danica omnis dispersa,</i>	52
<i>Navium portarum Catalogus,</i>	ibid.
<i>Captivorum numerus,</i>	53
<i>Damnorum aestimatio,</i>	54
<i>Pugna cruenta inter Casarianos &amp; Suecos in Bohemia, in qua hi victores existunt,</i>	89
<i>captivorum occisorumq; numerus,</i>	ibid.
<b>R</b> <i>erum in Catalonia gestarum status,</i>	29
<i>Rerum Romae &amp; Galib; in Italia gestarū descriptio,</i>	29
<i>Ripensium Castrum Suecis auferitur,</i>	34
<b>S</b> <i>axo legiones suas in Caesaris militiam juramento transscribi permittit,</i>	36
<i>Sigenum stratagemate expugnatur,</i>	87
<i>Soles tres Londini &amp; Noriberge v. s. f.</i>	76
<i>Stada per Königsmarcum expugnatur,</i>	88
<i>Suecia Regina regni administrationem in se suscipit</i>	
<i>Stocholmiae,</i>	82.
<i>Suecorum in Bohemiam expeditio,</i>	87
<i>Suecorum exercitus Danubio admovetur.</i>	90
<b>T</b> <i>empesta Roma &amp; Maiola,</i>	41
<i>Torstensonius dispolo tormenti signo in castra revocatur,</i>	71
<i>2000 pabulatores cum adjuncto praesidio cadit,</i>	72
<i>Castris egreditur,</i>	ibid.
<i>Victoria insigni potitur,</i>	73
<i>Captivorum numerus,</i>	74
<i>Tractatus de pace inter Suecos &amp; Danos reducenda instituti.</i>	89
<i>Transauro, in qua, duodecim probatis utrinq; conditionibus, celeberrimum illud Flandria propugnaculum, Sassinum Gandavense, Hollandis deditur,</i>	3
<i>Turcarum in Stiriam irruptio,</i>	60
<i>Weinhemium cum Bavaricis transigit,</i>	69
<i>Zeitonsium Castellum devastatum,</i>	77

F I N I S.



rio-  
50  
52  
bid.  
53  
54  
he-  
89  
bid.  
29  
29  
34  
mo  
36  
87  
76  
88  
ipit  
82  
87  
90  
41  
re-  
71  
72  
bid.  
73  
74  
ada  
89  
di-  
ch-  
3  
60  
69  
77





10-  
50  
52  
bid.  
53  
54  
he-  
89  
id.  
29  
29  
34  
m10  
36  
87  
76  
88  
bis  
82  
87  
90  
45  
6-  
71  
72  
d.  
73  
4  
la  
19  
-  
3  
0  
7




Abriß des Keyßerlichen wie auch Königl:  
Schwedischen bey Bernburg an der Saal,  
gegen ein ander Campierender Feld-läger im  
Monat September October vnd November  
ANNO 1644.


CV Maesbergh













96744

ULB Halle

3


007 104 529



1077







AB  
96744





Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



4

GALLO-BELGICI  
 O ARTHUSIO Suc-  
 TURIATI,  
*Sive*  
 V M I N  
 T BELGIO PO-  
 SPANIA QUOQUE,  
 GERMANIA, UNGARIA,  
 dinis Francofurtensibus autumn-  
 que ad vernaes anni 1645.  
 um gestarum,  
 E NARRATIONIS  
*tinuata,*  
 ESIMI QUINTI  
 SECUNDUS,  
*Auctore*  
 O SCHLEDERO, Ratisponensi  
*est. Privilegio Speciali.*

OFURTI,  
 in Sigismundi Latomi, Anno 1645.

